




# Regimen sanitatis Saternitanum.

<https://hdl.handle.net/1874/350045>





Kast 172

Pl. F N<sup>o</sup>. 39

650. **Regimen sanitatis Salernitanum.** [Acc.] Arnaldus de Villanova, Regimen sanitatis. Leuven, Joh. van Westfalen [c. 1484]. 4o. 172. F. 39

Typen 1b, 2. — HMT 49 (87) b, f. — HC\*13753. — CA\* 1470. — Choulant p. 268. — MMW II 185. — Pell. 1290. — Pr. 9290.

Op bl. 1a: „Bibliothecę Collegii Atrebatensis“ (indertijd een belangrijk kerkelijk onderwijsinstituut gevestigd te Atrecht). Op het achterschutbl.: „Lib. Coll. Atrebatensis Frayenborch 1623“. — In XVIIIe-eeuwschen Franschen verguld-led. band.



Regimen sanitatis Salernitarum - Regimen sanitatis

---

salernitanū neccō & mgrī Arnoldi d'noua uilla Feliciter īcipit / (in fine:) Explicit regimē sanitatis opositū seu ordinatū a/ magistro Arnoldo de villa noua Cathalono oīm me/ dicoꝝ uiuentiū gemma. Impressū Louanii In do-/mo magistri Johannis de westfalia. / (Löwen ca. 1480.)  
40 Alter rot Maroquinbd. m. Fil., schmaler Spitzenbord u. klein. Eckornam., Rücken vergold., Goldschr.

netto M 800.--

---

Hain\*13753. Campbell\*1470. Proctor 9290. Pellechet 1290.- Goth. Typen; 29 - 30 Zeil. Sign. a - r. 1 v. Bl., 134 unnum. Bl. u. 1 w. Bl. Eine der besten und vollständigsten Ausgaben des berühmten Handbuchs der Hygiene, enthaltend: 1., den Text der " Schola Salernitana " mit dem alten, anonymen Commentar, und 2., das " Regimen sanitatis " von Arnaldus, von Bl. 111 bis Schluss.

Sehr schönes rubriciertes u. breitrandiges Exemplar, vollständig mit beiden weissen Bl.

Aus der Bibliothek des College von Arras, 1623.

Kg. 20

*[Faint handwritten text, possibly "Kilise / Pinar" and "1189"]*

*[Faint handwritten text, possibly "800"]*

*voige lib. merk*


Gd

21




142. F. 39

Rariora









Reginē lauitaio lau  
uitanū & ingri amē

sec

#

Cocty nent

~~Pat...~~

~~Joan...~~

Molt

io Co

aloe...

leavinge onder

alle leavinge

de. Epistelijue


et dat. et

ge. wet. Epistij

utproag



Faint, illegible markings or text at the top left of the page.





Publica h. e. e.  
Colleg. ~~h. e. e.~~

Regimen sanitatis salernitanū necnō ⁊  
mgri Arnoldi ⁊ noua uilla feliciter icipit

**H** Agloruz regi scripsit scola to-  
ta salerni. Si uis incolumē si-  
vis te reddere sanū Curas tol-  
le graues. irasci crede pphanū  
sarce mero. cenato parū. nō sit tibi vanū  
Surgere p epulas. sōnū fuge meridia/  
nū hō uictū retie nec oprime fortiter anū  
Hec bene si serues tu lōgo tēpore uiues.

Este est libellus edicus a doctorib9 salerniensibus  
in quo inscribunt multa ⁊ diuersa pro conseruatiōe  
sanitatis humane. ⁊ edicus est iste liber ad usum regis  
anglie. Et in textu lecto autor ponit octo documen-  
ta generalia pro conseruatione sanitatis. de quibus  
postea specialiter per ordinem determinabit. Prīmū  
ergo documentum est q homo sanus uolēs uiuere de-  
bet ab eo remouere graues curas. nam cure exsiccant  
corpora. ex quo tristificant spiritus uitales. mō spi-  
ritus tristes exsiccant ossa. Et sub isto documento eti-  
am comprehendi debent tristicie que similiter corpora  
exsiccant ⁊ in frigidant. maciem ⁊ extenuationem i-  
ducunt. cor constringunt. ⁊ spiritum obtenebrant. in-  
genium eberant. ⁊ rationem impediunt. iudicium ob-  
scurant. ⁊ memoriam obtundunt. Veruntamen ali-  
qui pingues ⁊ carnosi sunt spiritus adeo mobiles

2<sup>m</sup> documentum

Effusio. Confusio

17200 pinguis ⁊ carnosus



et calidos habentesque eis interdum bonum est tristari  
 ut spiritus calor ebilet et corpus aliquantulum maceret  
**S**ecundum documentum est non irasci. // Primo quia ira  
 similiter corpora exsiccatur. cum ipsa summe singula mem-  
 bra supercalefaciat. nimia autem calefactio siccitatez  
 inducit teste Avicenna prima primi. doctrina tertia.  
 capitulo primo // Secundo quia ira propter feruorem  
 cordis omnes actus rationis confundit. Aduertendum  
 tamen est quod quidam frigidi sunt et maleficiati quibus  
 interdum irasci prodest in regimine sanitatis. ut in eis  
 calor excitet. **T**ercium est parca uti potu uini. Nimia  
 enim repletio uini somnolentiam. pigritiam. debilita-  
 tem membrorum. debilitatem stomachi. et multa alia  
 his similia inducit de quibus posterius magis pate-  
 bit. **Q**uartum est parca cenare quia nimia nocturna  
 repletio dolorem in uentre inducit ac inquietudinem  
 insomnitatem et angustiaz prout manifesta patet ex  
 perentia et inferius magis declarabit. **Q**uintum est  
 surgere post cibum sumptum quod facit ad digestio-  
 nem. propterea quod cibum sumptum facit descendere ad  
 fundum stomachi in quo uiget uirtus digestiua. **S**ex-  
 tum est non dormire post prandium cuius nocumen-  
 ta postea tangunt in textu ibi. Febris pigricies. **S**ep-  
 timum est non diu retinere urinam. Ex nimia enim u-  
 rine retentione aliquando sequitur difficultas mingen-  
 gendi aut omnino prohibitio a mictu ut testatur A-  
 uicenna decimanona terti tractatu secundo. capitulo  
 de difficultate urine. Similiter ex nimia retentione fe-  
 cali plura proueniunt nocumenta. Indurancur enim  
 feces in intestinis propter continuam suctionem uenarum

27

3<sup>m</sup>

4<sup>to</sup>

5<sup>to</sup>

6<sup>to</sup>

7<sup>to</sup>

Nota

g. 10



meseraicaz cum intestinis continuatarum omnes hu-  
 miditatem a fecibus suggentium ⁊ sic remanent sicce.  
 Difficilis exitus intestina opilantes ad quam opilati-  
 onem propter ventositatum educationis prohibitio-  
 nem ⁊ aliarum fecum aceruationem sequuntur nocumē-  
 ta in textu posterius posita ibi. Spasmi ⁊ drops ⁊ c.  
 ¶ **Primum** est non forciter comprimere animum. ex hoc e-  
 nim sequitur tenasmon siue exitus longaomis. **Uterius**  
 subdit autor quod omnia ista debite conseruans longo  
 tempore sanus uiuere poterit.

**Si tibi deficient medici. medici tibi fiat**

**Hec tria mens leta. requies. moderata dieta**

**A**utor in hoc passu tangit tria remedia generalia  
 pro conseruatione sanitatis nature humane ⁊ precipue ip-  
 sorum nobilium. **Primum** est quod animus hominis debet esse letus ⁊  
 gaudens cum leticia siue gaudium etatem floridam facit  
 hominem in iuuentute conseruat uirtutem confortat. uitam  
 prolongat. ingenium acuit. ⁊ ad singulos actus homi-  
 nis abiliorem reddit. Et debet istud gaudium in regimine sa-  
 nitatis conueniens esse temperatum ⁊ non excessiuum quia  
 excessiuum syncopim ⁊ mortem inducit. Et maxime gau-  
 dium competit his qui multum curant ⁊ sollicitudi-  
 nibus destruunt. Et potest in ipsis de nouo acquiri per  
 usum cibi ⁊ uini delectabilium ⁊ dimissione eorum que  
 tristitiam inducunt ⁊ inhabitare cum sibi dilectis et  
 similibus quibus uirtus confortatur teste Auicenna in  
 decima terti. capitulo de casu uirtutis subito sic dicitur.  
 Et scias quod uirtus augmentatur cibo et uino.

*Non hic efficitur letum*



subtili convenientibus odoribus bonis et tranquillitate et gaudio et dimissione eorum que contristant et rixari faciunt et renouatione reum amabilium et habitatio ne cum dilectis. Secundum est tranquillitas animi. Nobiles enim propter nimis magnas et diuersas curas quas habent plus ledunt ceteris paribus quam qui mediocres sunt. Inquietatio uero mentis somnum maxime impediat qui nobilibus summe utilis est qui communiter nature sicce sunt atque colerice quibus per maxime somnus est utilis. Tertium est moderata dieta id est moderata sumptio cibi et potus. Documenta uero superflui cibi et potus postea dicemus.

Lumina mane manum surgens gelida lauat aqua  
Hac illac modicum pergit modicum sua membra  
Extendat crines percutat. dentes fricat. ista  
Confortat cerebrum confortant cetera membra  
Lote cale. ista pasce vel id est frigesse minute.

In hoc textu autor ponit sex documenta quibus cerebrum confortat et similiter singula corporis membra. Primum est quod postquam homo de mane surrexerit debet lauare oculos in aqua frigida. Mundari enim debent ut ab eis remoueantur immundities palpebris adherentes et circa oculos existentes ne ab ipsis oculi corrodantur. Et istud satis innuit Auicenna tertia terti tractatu primo. ca. de rememoratione conseruationis sanitatis oculi et rememoratione eorum que nocent ipsi ubi dicit. Ex eis autem que abstergunt oculum et acuum ipsum est submergi in aqua clara et aperire. *La base*

oculum in ea. Et idem vult tractatu quarto. capicu/ lo de cura debilitatis visus dicens. Et ingredi aquaz claram viridem ⁊ submergi in ea ⁊ aperire ambos ocu los in ea s̄m quantitatem qua possibile est. ē ex eis q̄ seruant sanitatem oculi ⁊ confortant ip̄m ⁊ pprie in iuuentute. Causa autem quare oculi magis debent la uari in aqua frigida q̄ calida est quia vnumquodq̄ oseruat suo simili ut dicit Auicēna quarta pruni. ca. primo. Et idem vult Galien⁹ tertia tegni canone illo. Caldiora calidioribus indigent adiutoris. frigidiora frigidioribus. sed sic est q̄ oculi sunt frigide na/ ture. ergo potius debent lauari aqua frigida q̄ calida. ¶ Secundum est q̄ homo debet lauare manus q̄ sunt instrumenta quibus mundant organa per q̄ exe unt superfluitates cerebri ut sunt aures oculi nares. et ergo ob hoc manus debent eē munde. plus tamen de bent lauari in aqua frigida q̄ in aqua calida quia lo tione manuum in aqua calida generat uermes in uentre ⁊ hoc specialiter dummō manus i aqua calida laua tur post sumptionem cibi ut innuit Auicēna decima se xta tercii. tractatu quinto. ca. primo ubi agit de ver/ mibus in uentre genicis. Et ratio est. quia per lotio/ nem manuum in aqua calida post sumptionem cibi trahit calor naturalis quo completur digestio i sto/ macho ad extra quare imperfecta fit digestio que po tissima causa est uermium. Tercium est q̄ postq̄ ho/ mo surrexerit a somno debet paulatim incedere siue se mouere. Cuius causa est ut superfluitates prime ⁊ se/ cunde digestionum que sunt feces in vrina descendāt ⁊ preparari tur faciliori euacuacioni. ¶ Quartum est

*W. ratione*

*no. d. q. r. h. d.*



q̄ postq̄ homo surrexerit a somno debet extendere  
manus ⁊ pedes ⁊ alia membra. Cui⁹ cā ē ut trahant̄  
uicales spūs ad membra exteriora ⁊ per hoc subtiliā  
tur spūs cerebri. **¶ Quintum** ē q̄ debet crines pectere.  
Cui⁹ causa ē ut aperiant̄ pori per hoc capitis ut exe  
ant uapores cerebri derelicti post somnum ⁊ subtiliē  
tur eius spūs. Unde usus pectinis multuz ofere uisui  
⁊ maxime senibus prodest. Unde dicit Auicenna ter/  
cia tercii. tractatu quarto. c. de cura debilitatis uisus  
**Administratio** pectinis super caput iuuatiua ē ⁊ con  
fert proprie senibus quare oportet q̄ administret̄ o/  
ni die multociens quomā attrahit uapores ad supe  
riora ⁊ mouet eos a parte oculi. **¶ Sextum** est q̄ hō  
debet mundare ⁊ fricare dentes. Cui⁹ causa est quia  
immundities dentium est causa fetoris anhelitus Si  
militer a dentib⁹ immundis/spūs immūdi eleuantur  
ad cerebrum ipsū perturbantes. **¶ Preterea** commix/  
tio limositate dentium cum ipso cibo ad stomachū  
missō est cā corruptionis cibi in stomacho. **¶ Ad** oduz  
autem conseruandi sanitatem dentium ⁊ bonitatez o  
doris eoz tangit Auicenna septima tercii. ca. de cōser  
uatione dentium sub his uerbis. **Et** ex his que cōser  
uant sanitatem dentū ē ut collu at̄ os in mense bis cū  
uino in quo decocta ē radix cicumalli. ē enī pueniens  
ad ultimū in faciendo bonū odorē ⁊ nō aduenit faci  
enti illud dolor dentū. **¶ Ulterius** autor in ultimo uer  
su subdit aliqua precepta generalia. primū ē q̄ hō lo  
tus stupha uel balneo debet se tenere caliduz quia tūc  
pori sunt aperti ⁊ sic de facili frigus possit subintrare  
⁊ magna nocumenta corpori inferre. **¶ Aliud** est q̄

postq̄ homo sumperit cibum d̄z modicum stare ut  
 cibus perfecte descendat ad fundum stomachi i quo  
 complet̄ digestio. deinde lente ambulet ⁊ non fortiter  
 ne propter motum forte calor trahat̄ ad partes exte  
 riores ⁊ per hoc impediatur cibi digestio. Aliud ē q̄ bo  
 mo frigid⁹ d̄z cauere ne subito se calefaciat s̄z paulatī  
 mutationes enī subite naturam ledunt. *Via enī extra*  
*naturam molesta sunt ut dicit Galien⁹ in commento*  
*illius canonis Secundum multum ⁊ repente.*

**Sit breuis aut null⁹ tibi sōn⁹ meridiano⁹  
 febris/pigricies/capitis dolor atz catarr⁹  
 hec tibi proueniūt ex somno meridiano**

**I**n hoc textu tangit autor quatuor nocumenta q̄  
 proueniunt ex somno facto post prandium. **Quorū**  
 primum est q̄ ex somno meridiano solet sequi febris  
 Quod aliqui putant uerificari de febre proueniente  
 ex opilatione/ causam istius febris reddentes quia tēs  
 pore diei calor ⁊ spūs mouent̄ ad exteriora ⁊ sic vir/  
 tus digestiua in die est debilis. digestio enim perfecta  
 est quādo calor ⁊ spūs ad interiora mouent̄ propter  
 quorum motum calor naturalis intendit̄ ⁊ sic temp⁹  
 noctis est tempus perfectioris digestionis. Indiges/  
 tio enim ⁊ cruditas humoz est cā opilationis que opi/  
 latio ē cā febris s̄m Auicēnam prima quarti in pluri/  
 b⁹ passibus. **Secundū** nocumentū ē pigriciesq̄ ex ea/  
 dem cā uidet̄ oriri. Ex materia enī idigesta ⁊ grossa  
 grossi eleuant̄ spūs qui moti ad mēbra corporis gra/  
 uedinem corpori inducunt quemadmodum spiritus  
 subiles ⁊ leues leuitatem animi ⁊ corporis inducunt



**T**ercium est dolor capitis qui etiam ex eadem causa  
puenire uidet. Ex cibo enim indigesto in stomacho  
eleuant grossi spūs cerebrum pturbantes q spūs sunt  
cā discolorationis etiā faciei qñ ad cutē mouētur qz  
ubi est materia grossa necesse est quicqd ex tali mate  
ria dissoluit eē grossum ut innuit Galienus in commen  
to illius amphorisimi. Et qui crescunt sic inquitens qe  
quid enim de qualibet re dissoluit ei vnde dissoluit  
necesse est ut assimilet. ¶ Quartum nocumentū est ca  
tarrus qui similiter ex eadem causa uidet oriri scz ex  
reumate. Reuma enim dicit omnis fluxus materie de  
membro ad membrum in quacūqz parte corporis fu  
erit sed secundum qz ad diuersas partes corporis flu  
it diuersa sortit nomina quādo enim mouet ad pec  
tus siue ad membra spiritalia uidelicet ad pulmo  
nem dicit catarrus. Sz qñ fluit ad fauces siue ad cola  
torum palati dicit brancus. Et qñ fluit ad nares di  
cit coriza ut habet in istis uersibus. Si fluat ad pec  
tus dicit reuma catarrus. Ad fauces brancus ad na  
res dico corizam. Preter tamen predictorū nocumē  
torum causas narratas alie possunt assignari magis  
efficaces. Cā nanqz primi nocumēti scz febris que ali  
qñ est effimera aliqñ putrida ē. febris quidē effimere  
retentio fuliginū in somno diurno quarum resolutio  
nē uigilia facere consueuerat quibus acruatis ⁊ spiri  
tibus admixtis in eis accendit calor extraneus cau  
sans febrem effimera. Febris uero putride putrefac  
tio hūiditatum multiplicatarū ex somno diurno ad  
cor effumantiam. Secūdu uero nocumentū. s. pigritia  
contingit ppter hūiditates per somnū diurnū retētas

reuma

catarrus

circa musculos cordas et iuncturas quibus torpescunt  
 et corde reddunt ad solitos motus. Tercium vero no-  
 cumentum ex simili causa oritur scilicet ex humiditatibus et  
 vaporibus per somnum meridianum retentis quod motu  
 uersus caput et cerebrum ei dolorem ingerunt. Suarum  
 uero nocumentum uidelicet catarrus quo uniuersali-  
 ter omne reuma significatur contingit preterea quia  
 vapores et fumi qui undique per cutem hora uigilia-  
 rum resolui solent in somno diurno ad caput tendunt  
 ubi inspissati reuertunt inferius reumatizantes. Quicquid  
 na autem tertia prima doctrina secunda capitulo no-  
 no alia superaddit nocumenta somni diurni quorum  
 primum est generare egritudines humiditas ut guttas  
 et paralyses ex retentionibus humiditatum que de die  
 magis resolui solent. ¶ Secundum est corruptio col-  
 oris faciei propter humiditates aquosas urine simi-  
 les in sanguine multiplicatas ex somno diurno resolu-  
 ti solitas tempore uigiliarum que ad faciei cutem cum  
 sanguine expulsi reddunt eam tumidam et declinantem  
 ad citrinitatem. ¶ Tercium est generatio splenis id est  
 splenetice passionis in dispositis ad eam. Cuius cau-  
 sa est retentio humoris grossi melancholici in splene ex  
 somno diurno. sicut enim uiuant uigilie motum et libe-  
 rum transitum huius grossi humoris per canales strictos  
 cum calore diei uias aperiente. sic somnus impedit ma-  
 xime diurnus cum tunc instet hora secundum pluri-  
 mum transitus melancholie per canales suos et maxime  
 per illum canalem qui a splene transit ad orificium sto-  
 machi gratia prouocationis appetitus per quem sple-  
 nis superfluitas emundari solet non enim consuevit ut

*No nocumenta a  
 somno diurno  
 sunt dicitur per*



de nocte prouocet sed de die potius appetitum cibi.  
Quartum est relaxatio neruorum seu remollitio eorū  
Cuius causa est prohibitio resolutionis humiditātū  
quā facere solent vigilie diurne que interius retēte ner-  
uos imbibunt. Quintum est debilitatio appetitus. cu-  
ius cā ē prohibitio resolutionis que ē prima cā famis  
Alia cā est repletio stomachi ex fumis vaporibus et  
humiditatibus remollientibus et saturantibus officii  
stomachi. Sextum ē generatio apostematū. Cuius cau-  
sa ē quia superfluitates per somnū diurnū multipli-  
cate colligunt sepe in aliquo membrorum et ipm intu  
mescere faciūt. Et ulterius dicit Auicēna q̄ due de poti-  
oribus causis ppter quas nocet somnū diurnū sunt  
prima quidē quia cito interrūpit ppterea q̄ calor di-  
ei trahit uersū exteriora calorem corporis et contra  
somnia ad interiora unde motus prouenit agitatius  
et ideo consulat tūc dormire uolentibus q̄ i umbra dor-  
miant et in tenebroso loco. secūda uero ppterea q̄ fē-  
dit naturā stupidā et quasi pterritā retrahētē se ab eo  
in quo erat se3 a digestionē cibi. Attendendū tñ ē q̄ li-  
cet somnus diurnus generaliter uituperet et nocturnū  
commendet. ex diurno tñ ille minus uituperat qui a  
mane est usq̄ ad terciā se3 ab ortu solis usq̄ ad terciā  
post ipsum iuxta illud Hippocratis pronosticoz secū-  
da dicentis. Somnus ut moris est conueniens et natu-  
ralis ut noctem non effugiat et idem non impediatur  
est laudabilis contrarius uero est improbandus mi-  
nus tamen si a mane usq̄ ad terciā tenuerit. Quam-  
q̄ tamen somnus diurnus et meridianus in tantum a  
primis medicine inuētoribus detestet. moderno tñ tpe

69  
nō omnis somnus diurnus ē vituperandus ⁊ proprie  
si in eo quinque conditiones obseruentur ut vult Bartra  
cius. Prima ē ut sit consuetus. secunda ut nō sit illico  
supra cibum. tertia ut non sit capite depresso. quarta  
ut non sit longus. quinta ut non fiat ab eo subito stu  
pida ⁊ repentina expergefactio sed morosa

Quattuor ex uento ueniūt in uētre retēto  
Spasmus ydrops colica vertigo quatuor ista

In hoc textu autor ponit quatuor nocumenta ꝑ  
uenientia ex retentione uentositatis in corpore nostro  
Suorum primū ē spasmus cuius causa ē quia uentositas re  
tenta sepe capit raptum ad iuncturas ⁊ nervos ipsos  
replentes ex quorum repletione sequitur ipsorum contractio quae  
uocat spasmus. Et ab Aulicena secunda tertia. c. d. spaf  
mo. spasmus sic diffinit. Spasmus ē egritudo nervosa  
qua mouentur lacerti ad principia sua ⁊ inobedientes  
sunt in dilatione eorum. Et iste spasmus ē duplex. Nam  
quidam ē ex repletione in quo membrum abbreviat ⁊ in  
grossat propter rem implentem sicut eorum aut cori  
gia cum res implens abbreviat ⁊ ingrossat ⁊ iste spaf  
mus fit subito. Alius ē ex inanitione in quo contrahi  
tur longitudo ⁊ latitudo ⁊ minoratur membrum. secun  
dum longum ⁊ latum ⁊ ut in pygamaeno cum apponitur igni  
fit contractio secundum longum ⁊ latum. iste spasmus fit paulatiue  
Secundum nocumentum est ydropsis quae est mor  
bus materialis causatus ex re frigida plurime egre  
diente ⁊ in lactante membra aut loca partium in qui  
bus regimen id est digestio ciborum fit. et



humorum ut dicit Bartrucius. Ydropisis enim non generat nisi cum sanguis non generat ut dicit Galienus sexta particula aphorismorum in commento illius Emorroydes sananti antiquas. Et est triplex ydropisis. scilicet ypozarcha asclites et tympanites. Et de tympanite intelligit istud secundum nocumentum. Tympanites enim ut dicit Bartrucius fit a mala complexionem frigida stomachi et hepatis prohibente cibum transmutare in chylum et humorem benignum aut sanguineum quare conuertit in rem uentosam que dum non expellit per eructuationem aut aliunde opilationem uiarum prohibente uel uirtute expulsiva uel sequestratiua seu supfluitatum debili existente colligit inter ciphac et mirach uentris et causat ydropisim. Tertium nocumentum est colica que est egritudo multum dolorosa facta in intestino dicto colon quod est unum de intestinis grossis quemadmodum yliaca est egritudo dolorosa facta in intestino gracili dicto ylion. Et fiunt dicte egritudines sepe ex uentositate uelusa in dictis intestinis. Quartum nocumentum est uertigo et egritudo cum que uidet homini quod omnia uoluant in girum. Cuius egritudinis causa est uentositas ad cerebrum mota que propter eius in cerebro motionem uertiginem facit. Et ista quatuor nocumenta cum quibusdam aliis pulcre commemorat Auicenna decimasexta tertiū tractatu quarto. capitulo de rebus que nocent colicis dicens. Et scias quod retentio uentositatis multoties facit accidere colicam propterea quod subleuat eam et exprimit ipsam ita ut aggregetur res una et quod facit accidere debilitatem in intestinis. Et quandoque perducit illud

ad ydropisum. Et quoniam generat tenebrositatem visus  
et vertiginem et epilepsiam. Et quoniam retinet in iuncturis  
et facit accidere spasmus.

Ex magna cena stomacho fit maxima peccata

Et si nocte leuis sit tibi cena breuis

**I**n hoc textu autor ponit unum documentum pro conseruatione sanitatis dicens quod homo in cena debet esse sobrius et se non multum cibo replere quia nimia repletio nocturna inducit impedimentum somni / torcionem uentris / inquietudinem corporis / pustulas in facie grauitatem capitis in mane et malitiam oris. Dubium iam incidit utrum maior quantitas cibi sit sumenda in prandio quam cena. pro cuius decisione aduertendum est quod secundum diuersitatem corporum maior aut minor quantitas cibi sumenda est in prandio quam cena quia corpora aut sunt in morbum decidenda aut sub latitudine sanitate. Si in morbum deciderint aut humoris uicio. aut sine humoris uicio. Si sine humoris uicio sic est magis cenandum. Cuius ratio aut quod natura in talibus solum est ciborum digestionem intenta non autem superfluitatem maturacionem caret enim eis. Quod si cum humoris uicio patientes conuenienter est prandium maiore uel prima tertio tractatu quinto. de cura epilepsie. Ille cuius consuetudo non tolerat ut semel reficiat diuidat cibum suum quod est minor refectioe sua in tribus partibus et sumat duas tertias in prandio et tertiam in cena post exercitium subtile. Ratione sic persuadet quoniam illo tempore quo natura debilis uiuat in digestionem calore solari uiuifico et resoluunt amplius superfluitates amplius sumendum est cibum.



hoc autem magis fit in prandio quam cena ergo et Bre  
terra in die calor vitalis adest solaris et lucis diges/  
tius cum sit uite principium quare ad digestionem  
tunc duplex operabitur calidum nocte vero non. Et  
etiam nocte natura magis est circa superfluoꝝ digestio  
nem in talibus intenta/nō est ergo impediēda multa  
ciboꝝ exhibitioe. Quāvis enim calor in plerisque for/  
tificetur in nocte spirituoꝝ retractione et somni redi/  
ctione nō tñ potest huiusmodi calor duo ut alimen/  
tum et superfluitates digerere. Conuenit itaq; in his  
cenā breuiare. Si vero huiusmodi corpora sub lati/  
tudine fuerint sanitatis. Aut sunt sufficienter sana ro/  
busta superfluitatibus sensibilibus carentia cum om/  
nes expellant sua uia ut athlete et hos expedit cenam  
maiorare. Tū quia natura eoz nocte solū est digestio  
in ciboꝝ intenta et nō superfluoꝝ maturatiōi cum  
illis fere careant. Tum quia solum robur corporis in/  
tendunt quod et nocte acquirunt magis cum amplior  
fiat sanguificatio distributio et spirituum in his gene/  
ratio Si autem corpora fuerint a dicto temperamē/  
to et robore distantia sicut sunt plurima usq; in egri/  
tudinem nunc deuenientia talia aut exercitant exerci/  
tio forti continuo et uehementi aut non. si sic ut sunt  
uictum manibus querentes melius est eis prandium  
super cenam maiorare. Cuius causa est quia alimentuoꝝ  
non solum expetit propter nutrire sed propter hume/  
ctare mēbra ac irrorare ne arefiant ex forti motu et re/  
sistant resolutioni caloris propter quod oportet plus  
cibi exhiberi in prandio. Neq; propter exercitium  
talita corpora cessant ab eorum digestione cum



9

ita sint consueti usus enim est res preter naturam. Est  
et calor uehemens propter exercitium potēs sup digesti-  
onem in eis. ppter quod uidem⁹ eos ter in die cuz  
appetitu comedere et bene digerere. Si autem non utā-  
tur forti et laborioso exercitio continue sicut predicti  
dupliciter illud euenit quia aut solum quandoq; utū-  
tur exercitio forti laborioso et non continue aut solum  
utunt exercitio debili cum quo stat multiplicatio su-  
perfluitatum. ¶ Si utantur exercitio plurimo forti et  
laborioso propter occupationes necessarias in ui-  
ta et ad salutem sicut ciues uiri q̄plures circa bona  
fortune negociantes et salutem interdum exercitio for-  
ti et laborioso mouent ut diu equitant uel itinerātes  
aut aliud quoddam fortius a consueto agentes exer-  
citio. Et his utilis ē cenam super prandium amplius  
augere. Cui⁹ rō ē quia si tales pradium auerēt cum  
non sint consueti adeo forti et laborioso exercitio a-  
gitari ut priores ipsorum iā corrumpet digestio ma-  
loꝝ humorum generatiua. Item ppter motum sup-  
fluum calor horum disseminacione ē debilitat⁹ cuius  
quidē unctio que magis nocte fit q̄ die potissima ē  
fortitudinis et digestionis cā quare in cena instāte no-  
cte alimentum amplius potest administrari. Itē isti p-  
us nō laborioso utebant exercitio et sic corp⁹ eorum  
humiditatibus plenum ē quib⁹ et paruo cibo suffici-  
enter potest resisti resolutioni et exsiccationi factis p-  
motum in die occurrentem. Si uero paucis debilib⁹  
exercitiis et paruis occupationibus in uita utant p-  
cipiendum est ipis melius prandere q̄ cenare. Et de  
clarat istud sicut i corpib⁹ nūc egrotantib⁹ apparuit

cum enim hi sunt debilis digestionis ut plurimum in  
uāt per calorem solis et lucem ualde uiuificos confor  
tat enim inde spūs propter suum simile. Ipse enim ē  
lux aut effigiem habet lucis sicut Auicennam. **I**uuatur  
etiam quia superfluitates tunc melius expelluntur po  
ris apertis de die quam de nocte. **P**reterea nocte non o  
portet eos multo cibo sed pauco repleti cum natura  
tunc intenta est magis circa digestionem humorū cru  
diorum quos somnus habet maxime digerere ac ad be  
nignum reducere. licet enim nocte digestiua fortificetur  
uirtus non tamen adeo quod ualeat cibum et superfluitates  
digerere. **A**duertendum est insuper quod in exhibitioe ci  
bi maioris aut minoris in prandio quam cena maxime ser  
uandus est usus quia consuetudo est res maxima in  
conseruatione sanitatis et egritudine curanda secūdo  
regimini acutorum quod ostendit ex eo quod eius mu  
tatio et maxime subita uehementer est lesiua. **U**n **D**al  
mascenus mutare consuetudinem nocuum est et molesti  
cum et precipue senibus. **E**t ideo prae consuetudines  
abolende sunt sed non mox eo quod natura non sustinet  
repentinas mutationes. **E**t sic patet quod uniuersaliter  
maiorandum est prandium super cenam cum plurime egritu  
dines sunt materiales et plurima corpora lapsa. **S**i  
tamen solum semel in die comedatur melius est cibum  
in cena exhibere nisi oculi aut cerebrum patiantur tunc  
enim melius est in prandio exhibere cum cena non pa  
rum egrotantis nocet oculis et cerebro. **U**terius cir  
ca textum est notandum quod non solum repletio nocturna  
sive in cena nocet stomacho imo omnis repletio cibi generat et



opilationes febres putredines apostemata ⁊ lepram  
 quia est causa indigestionis. **Q** autē oīs repletio no-  
 citua est stomacho declarat Auicēna decimatercia ter-  
 cii tractatu. i. c. de reb⁹ quaz usu ledunt stomachus  
 ⁊ intestina dicēs **E**t ex rebus magis inimicis stoma-  
 cho est repletio ⁊ propter illud non auget corp⁹ gul-  
 losi. qm̄ cib⁹ ei⁹ nō digerit quare nō crescit ex eo cor-  
 p⁹. Illo at̄ qui cibo abstinet dū tñ remanet aliqd ap-  
 petit⁹ ei⁹ auget qm̄ stomach⁹ ei⁹ bene digerit cibum  
**E**t sic ualde cauendū ē ne stōach⁹ torqueat ⁊ multuz  
 grauet ex cibo ita ut anhelit⁹ angustiet ⁊ puls⁹ uelo-  
 citeē. **E**t similiter repletio nauſeatiua ⁊ fastidium iōu-  
 cēs multū ē euitāda ⁊ specialiter ex malis nutrientib⁹  
**N**am si fastidium sit ex grossis nutrientibus proue-  
 niunt iuncturarum dolores ⁊ renū ⁊ podagra ⁊ gros-  
 sities splenis ⁊ epatis ⁊ regulariter egritudines fleu-  
 matice ⁊ melancolice. **E**t si fastidium sit ex nutrienti-  
 bus subtilibus proueniunt febres acute ⁊ maligne ⁊ a-  
 postemata multum acuta igit̄ euitāda ē repletō nau-  
 ſeatiua. **N**on igit̄ tantum est comedendum quin ī sto-  
 macho maneat aliquis locus uacuu⁹ nec ex toto dēt  
 desiderium sopiri sed retineri debēt aliq̄e reliquie ap-  
 petit⁹ ⁊ hoc specialiter obseruandum est in habenti-  
 bus appetitum fortem. sunt enim aliqui quorum ap-  
 petit⁹ naturaliter multum sopit⁹ est ⁊ isti forte d-  
 bent plus comedere q̄ appetunt.

Ut quodam  
 modo  
 possit  
 fieri

**T**u nūq̄ cōedas stomachū nisi noueris añ  
**H**urgatū. vacuū cibo quē sumpseris ante

Ex desiderio poteris cognoscere certo  
Hec tua sunt signa subtilis in ore dicta

**I**n hoc textu ponuntur aliqua precepta que homo taliter cupiens uiuere necessario debet obseruare ante sumptionem cibi. quorum primum est quod homo non debet sumere cibum nisi nouerit stomachum suum esse purgatum a malis humoribus quod fit per uomitum expellendo humores putridos et malos in eo existentes quia si sumeret cibum predictis malis humoribus in stomacho remanentibus ex commixtione talium humorum cum cibo cibum sumptum corrumpet. Secundum preceptum est quod homo non debet sumere cibum de nouo nisi presenserit cibum presumptum in stomacho suo fore digestum et ab eo euacuatum quia nihil est deterius in humano corpore quam intramittere cibum super alium quod non est digestum sed digeri incipit. nam super assumptum cibum prioris digestionis ichoara impedit. et digestio poris ante oplebitur que transiens ad epas per uenas meseraicas ducet secum cibum superassumptum indigestum unde crudi humores in corpore multiplicabuntur. **U**terius in textu ponuntur duo signa euacuationis stomachi a cibo assumpto primum est desiderium certum. id est uera fames. Et pro intellectu istius sciendum est quod duplex est fames. scilicet uera et mendosa. uera Galienus describit. in aphorismorum in omen to illius canonis ubi dicit indigentia non oportet laborare dicens certa fames est cum homo cibo indiget unde imens sequitur appetitus. scilicet mendosa fames est cibi appetitus corpore non indigente. Et sicut uera fames fit ex obstructione et corrugatione uenarum orificii stomachi precedentibus a suctione membrorum inanitorum cibo indigentium sic mendosa



11  
Fames solet ab his fieri que stringunt ut rugant orifici-  
um stomachi membris cibo non egentibus ut ab actu  
Frigidis stipticis aut acetosis. Et istius signi et secun-  
di precepti precedentis commemorat Avicenna tertia  
primi doctrina secunda capi. de eo quod comeditur sic in-  
quiens. Oportet preterea ne aliquis comedat nisi per  
desiderium neque in hoc tradet cum desiderium ebulli-  
erit. id est forte fuerit nisi mendosum fuerit ut ebriorum de-  
siderium et habentium fastidium quam tolerare famem  
stomachum putridis replet humoribus. Et postea e-  
odem capitulo dicit Et neque ipse neque omnes qui sanita-  
tem habere uolunt aliquid comedant nisi desiderium  
fuerit certum et stomachus et superiora intestina a pri-  
mo nutriente euacuata fuerint. quod enim in corpore  
existit deterius est nutriens super nutriens quod non  
est digestum mittere. Secundum signum quod signifi-  
cat super certo desiderio siue certa fame est subtilis di-  
eta precedens. id est parua administratio cibi quam enim il-  
lam sequitur fames significat esse certa et uera. Sciendum  
est insuper quod in una et eadem refectione pessimum est  
simul multos et diuersos coniungere cibos ut carnes et  
piscis uel pullos et porcum et postea prolongare tem-  
pus in comedendo quia primus cibus tam digerit in-  
cipit cum aduenit ultimus et sic partes cibi dissimiles  
fiunt in digerendo sic quod preassumpte prius digeste sunt  
quod postremo sumpte sue digestionis medium attinge-  
runt unde fit quod quedam corrumpunt alias. Et istud  
innuit Avicenna tertia primi doctrina secunda. capi-  
tulo de eo quod comeditur dicens. Et nihil quidem de-  
terius est quam diuersa nutrimenta simul adiungere.

No. dicitur  
p. b. dicitur  
in nota

22  
et post hoc in comedendo tempus prolongare cum est  
postremum nutrens aduenit primum iam incipit di/  
geri nutrens ergo partes in digerendo non similan/  
tur. Sciendum est tamen quod prolongatio in comeden/  
do moderate facta fere una hora gratia bone masti/  
cationis et transglutionis est laudabilis et plurimum  
conferens ad conseruationem sanitatis quia perfecta  
tibi masticatio cum morosa transglutione siue inglu/  
nie est ueluti media digestio sed mala masticatio uel  
digestionē cibi impedit uel uehementer retardat. Sed  
prolongatio in comedendo cum interlocutionibus et  
pauis duabus uel tribus horis est plurimum nocua  
et sequuntur ex ea nocumenta prenarrata.

**Persica poma pira lac caseus et caro salsa  
Et caro ceruina leporina caprina bouina  
Hec melancolica sunt infirmis inimica.**

**I**n hoc textu tanguntur decem cibi siue alimenta me/  
lancoliam generantia aut infirmis inimica. Quorum  
primum est comestio persicorum de quibus Galienus  
secundo alimentorum capitulo decimonono dicit quod  
et horum succus et quod uelut caro facile corruptibilis  
est et omnino quidem prauus quare non oportet si/  
cut quedam post aliud alimentum offerre corruptum  
enim supernatantia. Deminisse autem oportet hu/  
ius quod est commune in omnibus quecumque cacochi/  
ma humida et lubrica et facile subire potentia. Prop/  
ter hoc oportet ipsa comedere prius aliis. sic enim ip/  
sa celeriter subeunt et illis uiam faciunt. ultimo autem  
sumpta simul corrumpunt et alia. Et ita patet



q̄ istud dictum debet intelligi de persicis comestis p̄  
 cibum alium quia ipsa sumpta ante cibum bona sunt  
 stomacho uentrem lenientia atq; appetitum prouocā  
 tia. ¶ Iuxta illud Auicenne secundo canonis. capitulo  
 de persicis dicentis. Natura sunt bona stomacho et  
 in eis est uirtus faciendi appetitum cibi. Et subdit A  
 uicenna. Et oportet quidem ut non comedant post  
 alium cibum quoniā corrumpuntur p̄ eum sed prece/  
 dant ante cibum. ¶ Similiter serapion in aggregato  
 re capitulo de eis autoritate Dyascoridis ait. Natura  
 ex persicis sunt bona stomacho et molliunt ven  
 trem. immatura uero stringunt et quando desiccantur  
 stringunt fortius et decoctio siccorum quando scilicet  
 bibitur prohibet fluxum humiditatum ad stoma  
 chum et uentrem et quando trita super locum pulueri  
 zantur unde fluit sanguis abscondunt eum. Et licet p̄  
 narrata habeant iuuamenta quia tamen humorum ge  
 nerant putrefactibilem nocitua sunt infirmis et maxi  
 me quando indebite sumuntur. Et sunt persica frigi/  
 da in primo gradu et humida in secundo. ¶ Secun/  
 dum est pira siue comestio pirorum. Et causa eius est  
 quia pira et generaliter omnis fructus recens nō cor/  
 rectus replet sanguinem aquositate ebulliente in cor/  
 pore et sic preparant sanguinem ad putrefactionem et  
 per consequens nocent egris. Pira similiter ut dicit a  
 uicenna secundo canonis capitulo de eis a propieta  
 te inducunt colicam. Ipsa tamen inter ceteros fructus  
 multum impinguant propterea porci ex ipsis piris i  
 pinguant plusq; ab aliquibus aliis fructibus. ¶ Et  
 quia pira uentositatem generant et sic inducunt colicaz  
 b8

usus habet q̄ pira ⁊ alii fructus uentositatem facien-  
tia cū carminatiuis. i. uentositatem expellentibus cōe-  
dunt uel possumus obuiare nocumento ipsorum su-  
perbibendo uinum uetus odoriferum ⁊ meliora pira  
sunt que magis odorifera sunt ⁊ magis dulcedine p̄ti-  
cipātia. Et etiaꝫ meliora sunt decocta q̄̄ cruda ⁊ pos-  
sunt decoqui cum aniso feniculo ⁊ succaro. Tercium ē  
comestio pomorū de quibꝫ dicit Auicēna. ii. canonis  
ca. proprio q̄ assiduatio comestionis eorum facit e-  
uentre dolorem neruorum. Et poma etiā malam hñc  
proprietaem in generando uentositatē in secūda di-  
gestione quare nocentegris ⁊ etiam propter similem  
causam illi que dicta est de piris. Et ista dicta de pi-  
ris ⁊ pomis maxime intelligenda sunt de ip̄is crudis  
⁊ nō de ip̄is coctis. Et nedum isti fructꝫ ab infirmis  
sunt uitandi immo omnes fructus implentes sangui-  
nem aquositate ebulliente ut fructus recentes quorū  
succus in humano corpore ebullit sicut mustum ⁊ suc-  
cus fructū ebulliunt exterius in uase ⁊ hoc p̄pter ca-  
lorem solis derelictum in eis cum maturabant. Isti e-  
nim fructus propter ebullitionem succi eorū p̄parāt  
sanguinem ad putrefactionē licet pro hora q̄ sumū-  
tur iuuamentum prestent humectationis. Et hac de  
causa Auicenna febricitantibus prohibuit fructꝫ ma-  
xime recentes prima quarti tractatu secundo. ca. vii.  
dicens. Et omnes fructus nocent febricitanti cuz ebul-  
litione sua ⁊ corruptione in stomacho. Quartum ē cō-  
estio lactis cuius causa est quia lac de leui corrupi-  
tur ⁊ in fumum aut acetositatem conuertit i stōacho  
imundo sicut ut plurimum ē stomachꝫ febricitantis



febre putrida ⁊ ergo febricitantibus febre putrida nō  
 concedit. Et similiter malum est habentibus dolorē  
 capitis ⁊ siticulosus ⁊ pluribus aliis de quibus loqui-  
 tur ypocras quinta particula amphorismorum. am-  
 phorismo illo. Lac dare caput dolentibus maluz ⁊ c.  
 Verum est tamen q̄ in aliquibus passiōibus conuenit si-  
 cut in p̄si ⁊ erbica ⁊ aliquibus aliis prout dicit etiā  
 ypocras amphorismo iam allegato ⁊ etiam inferius  
 aliquid dicit̄ ibi. Lac erbicis sanum ⁊ c. Et licet lac ī  
 predictis passiōibz utuperet̄ in sanis tamen laudabi-  
 le est ⁊ hoc si in stomacho ⁊ epate bene digeratur. tūc eī  
 intestina lauat sua aquositate ⁊ mundificat butirosi-  
 tate sua humoribus venenosis repugnat membrabu-  
 mectat. casitate sua vulnera pectoris iuuat ⁊ pulmo-  
 nis gutturis renum quoq; ⁊ intestinorum ⁊ uesice mo-  
 suram acutorum humorum in intestinis mitigat.  
 quia uisceribus inuiscatur ⁊ humorum prohibet mor-  
 sum. ¶ Preterea conuenit lac corporibus temperatis  
 quorum stomachus mundus est a colericis ⁊ fleuma-  
 ticis humoribus. ¶ In his enim lac bene digestum mē-  
 tum dat nutrimentuz. laudabilem sanguinem generat  
 carnem augmentat. totum corpus laudabiliter hūme-  
 ctat. exteriora pulchra facit vt refert Isaac in dietis  
 vniuersalibus. ¶ Et ibi etiam auctoritate Ruffi di-  
 cit q̄ lac bibentes ieiunos esse oportet ⁊ bibatur ca-  
 lidum cum exeat vbera neq; aliquid comedatur quo  
 usq; digeratur ⁊ labor ⁊ nimius motus caueatur. nō  
 est tamen quiescendum omnino a deambulatione.  
 sed deambulandum ⁊ spaciandum est suauiter

quousq; in stomachi fundum descendisse sentiatur.  
In discemperatis uero corporibus lac non conuenit  
In calidis enim corporibus cito mutatur in fumosi-  
tatem ⁊ coleram. In frigidis uero in acetositate ⁊ pu-  
treddinem. In stomacho etiam immundo lac non con-  
uenit quia in eo corrumpitur. Circa electionem autem  
lactis sciendum est quod magis eligendum est lac mediocre  
in uia nutrimenti ⁊ non subtilissimum sicut lac camelæ  
aut etiam asinum neque pinguisimum ⁊ grossissimum  
sicut lac vaccarum ⁊ pecudum. Eligendum est igitur lac  
capre non enim habet tantum aquositate sicut lac ca-  
meli quod non est aptum ad nutriendum ratione ni-  
mie humiditatis sed ventris subductiuum nec habet  
tantum pinguedinis ⁊ grossicie seu caseitatis ⁊ uncti-  
uositatis sicut vaccarum ⁊ pecudum quod propter  
grossiciem ⁊ unctuositatem est uenarum opilationum  
uentositatum generatiuum ⁊ difficilius digestionis  
quam sit necessarium in regimine sanitatis. Eligatur igitur  
lac capre non nimis propinque partui nec nimis dis-  
tantis a partu non pinguantis nutrice in bonis pas-  
cuis ⁊ in tempore quo reperiuntur meliora pascula. ¶  
Quantum est comestio casei. Et potest intelligi de om-  
ni caseo maxime tamen de ueteri. Cuius ratio est quia ca-  
seus recens est frigidus ⁊ humidus ⁊ grosse substantie  
⁊ difficilis digestionis ⁊ opilationis ⁊ lapidis gene-  
ratiuus ⁊ non multum competit uia cibi in regimine  
sanitatis. Et caseus uetus est calidus ⁊ siccus propter  
sal facit cibum digeri ⁊ difficulter digeritur parum nu-  
trit ⁊ male stomacho nocet ⁊ nimis desiccatur ⁊ minus  
competit quam recens. ¶ Et si aliquis



caseus est medius inter nouum ⁊ ueterem uiscosum et  
frangibilem durum ⁊ mollem ⁊ parum declinans ad  
aliqualem dulcedinem non nimis salsus non lacrimo  
sus cum inciditur saporis delectabilis ⁊ boni odoris  
cuius in stomacho mora non est diuturna ex bono la  
cte conuenienter factus sufficienter unctuosus talis  
utiq; caseus bonus est ⁊ inter alios magis est diligē  
dus ⁊ post cibum sumptus non multa quantitate. mē  
ta uero quantitate sumptus in uia cibi uniuersaliter ē  
malus stomachum grauans ⁊ inobediens digestioni  
⁊ opilatiuus ⁊ lapidis in renibus ⁊ humorum gros  
sorum in corpore ⁊ uentositatum generatiuus. Sol  
lum igitur ille caseus est bonus quem dat auara ma  
nus. ¶ Sextum est caro salsa Caro enim salsa siue sal  
le siue fumo exsiccata cuiuscunq; generis aut animalis  
fuerit generat sanguinem grossum ⁊ melancholicum ⁊ p  
consequens nocet infirmis nec est conueniens sanis.  
Et istud innuit Auicenna secunda primi doctrina sei  
cunda. capitulo decimo quinto in fine dicens. Et ex  
emplum spissi pauci nutrimenti mali cibi id est ma  
li humoris est caro salita. ¶ Septimum est caro cer  
uina que similiter est sanguinem melancholicum gene  
rans teste Rasi tercio almansoris. capitulo de anima  
libus siluestribus ⁊ domesticis. ¶ Octauum est caro  
leporina que similiter sanguinis melancholici est ge  
neratiua. ¶ Dicit enim Rasis de ea loco preallegato  
Ipsa enim plus aliis melancolie generatiua est. Et o  
ista etiam dicit ysaac in dietis uniuersalibus qd nō o  
uenit in uia cibi sed solum in uia medicine. ¶ Et

ē sciendū q̄ ista caro leporina ⁊ similiter ceruina cum  
peruenerint ad antiquitatem simpliciter sunt euitāde-  
si tamen aliquo modo conueniant meliores sunt iste  
carnes cum partui sunt propinque ut siccitas earum  
obtemperet ab etate ⁊ etiam sunt euitandemsi sint pi-  
gues nam ex eaz pinguedine obtemperat siccitas.

Nonum est caro caprina. Decimum est caro bovina.  
quia iste carnes etiam sunt carnes melancolice. Nam  
ysaac in dietis vniuersalibus de eis dicit. **C**aro cal-  
prina ⁊ bovina sunt pessima dura in digestiōe tarda  
⁊ digesta grossum generant sanguinē ⁊ melancolicum.  
Et Auicenna secundo canonis de carne caprina dicit  
Caprina uero non est bona multuz ⁊ eius humor for-  
tasse est malus ualde. Et sub istis etiam intellige car-  
nem hircinam ⁊ vaccinam que peiores sunt predictis  
carnibus scz caprinis ⁊ bouinis. Nam de eis dicit Al-  
uicenna secundo canonis capitulo de carne **C**aro uac-  
cina ⁊ ceruorum ⁊ hircorum siluestrium ⁊ magnarū al-  
uium facit euenire febres quartanas. Et de carne vac-  
cina adhuc dicit q̄ caro vaccina plurimi nutrimenti ē  
grossa melancolica generans egritudines melancoli-  
cas. Et ulterius dicit q̄ caro uaccina generat lepram  
Et de carne hircina dicit q̄ ē mala absolute. Quia iā  
textus locutus est de carnibus uitandis ⁊ maxime al-  
nimalium quadrupedum. Videndum est ulterius de  
carnibus eligendis animalium quadrupeduz. Et quis  
circa electionem carnū animalū q̄drupedū contro-  
uersia uidetur inter auctores medicine. quidam enim di-  
cunt carnes porcinas eē meliores sicut Galienus ⁊ qui-  
dā alii Alii uo dicūt carnes edias eē meliōs sicut ras̄



15  
Auienna ⁊ Auerroys licet Auerroys quinto colliget  
imponat Auienne q̄ dixerit carnes porcinas esse me  
liores quod tamen non dicit auctoritate p̄pria s̄ au  
toritate xp̄ianorum. Alii uero utulinas laudant pre  
aliis carnibus. Secundū est q̄ electio ⁊ melioritas car  
nium animalium quadrupedum potest multipliciter  
attendi. primo modo ex parte maioris nutrimenti et  
irresolubilioris ⁊ carnibus humana similioris. Et is  
to modo caro porcina ceteris est melior. primo p̄p  
ter maximam similitudinem cum carnibus humanis.  
teste Galieno tercio alimentorum ubi dicit. porcine au  
tem carnis similitudinem ad homines addiscere ē ex  
eo q̄ quidam comederunt humanas carnes ut porci  
nas nullam suspicionem habentes secundum gustum  
ipsarum ⁊ odorem. Et Auienna secundo canonis. ca  
pitulo de sanguine ait. sanguis hominis ⁊ sanguis por  
ci sunt similes in omni re ita ut quidam fuerunt q̄ v̄  
debant carnem hominis acsi esset caro porci ⁊ occul  
tatum fuerat illud usq̄quo inuenti fuerant in ea digi  
ti hominis. Et istud idem sentit satis Auerroys quā  
to colliget capitulo de carne. Secūdo quia caro por  
cina ualde nutritiua est. Nam dicit Galienus tercio a  
limentorum. Omnium eduliorum caro porcorum est  
maxime nutritiua ⁊ huius experientiam euidentissimā  
habent athlete. Et postea eodem libro ait porcorum  
carne nullum aliud amphioris nutrimenti habebis su  
mere. ¶ Tercio quia generat alimentum stabile forti  
ter resistens resolutioni. Et ista fuit mens Galieni in  
passibus ubi non parum preferit porcinas carnes ce  
teris carnibus scilicet in octauo de ingenio.

ubi dicit ceteris carnibus porcina est laudabilior si  
porcus montana incoluerit post porcum edus. Et si  
militer in quinto terapentice ubi dicit quadrupedum  
caro laudabilior est porcina in calore et humiditate  
temperata eiusque cibus plurimus et sanguis ab ea ge  
neratus omni melior est sanguine. Et istud ueritatem  
habet de carne porcorum non antiquorum quia eo  
rum caro indigestibilis est nec iuuenum siue lactantiu  
quia caro eorum humidissima est sed etate mediocri  
um puta unius anni uel duorum tam domesticorum  
quam siluestrium uerisimilius tamen estimandum est quod  
porci siluestres sunt domesticis meliores quia carnes  
porcorum domesticorum sunt plus debito uiscoso  
res Et de carnibus porci siluestris siue apri dicit Au  
cenna secundo canonis capitulo de carne. Christiani ue  
ro dixerunt et qui eos imitant quod melior caro siluest  
ris est caro porci siluestris nam cum hoc quod est leui  
or carnibus domestici porci est foras nutrimenti et plu  
rum et est uelocis digestionis. et est melior quam esse po  
test in hyeme. Et ex isto ulterius sequitur quod predictae  
carnes porcine multum laudabiles sunt corporibus in  
uenibus sanis foribus laborantibus non dispositis  
ad opilationes et his qui impinguari querunt. quia  
taliam corpora indigent plurimo nutrimento et diffi  
culter resolubili. Et ergo dicit Rasis tercio almanso  
rum capitulo de uirtute carnum. Caro uero gros  
sa multum laborantibus conueniens est subtilis uero  
his qui predictis sunt contrarii conuenit. Et idem uult  
Auicenna tercia primi capitulo de regimine eius quod  
comeditur dicens exercitati preterea et multi



16

laboris magis sunt tolerantes nutrientia grossa. Alio modo potest accendi melioritas et electio carnum ex parte temperate complexionis earum facilis digestionis et sanguinis ex ipsis generati temperantiam ut scilicet illa caro dicatur melior que temperate est complexionis facilis digestionis sanguinem generans temperatum in caliditate et frigiditate subtilitate et grossitie. Et isto modo caro edulina est melior et laudabilior ceteris ut vult Rasis Avicenna et Auerroys. Nam dicit Rasis tercio almanforis ca de animalibus siluestribus et domesticis. Edulina caro est temperata nullam in se habens malicie admixtionem que licet temperatum generet sanguinem laborantibus tamen non congruit cui nulla alia caro preferenda est. Non est enim adeo debilis ut ex ea virtus minuat neque eius nutrimentum adeo multum est et grossum ut ex eo proveniat repletio et grossus generetur sanguis. Sanguis quoque qui ex ea generatur inter subtilem et grossum ac inter calidum et frigidum existit. Et ista caro non convenit multum laborantibus sed iuvenibus temperatis exercitio mediocri utentibus quia ista caro generat sanguinem forti exercitio vel labore faciliter resolubilem licet non exercitio mediocri. Et sicut quo ad istam intentionem caro edulina inter carnes domesticas ita caro capreoli inter carnes siluestres est melior. Et post istam carnem edulinam pluri mi medicorum sicut Rasis et Auerroys ponunt carnem arietinam. Et dicit Auerroys quinto colligitur capi. Quod carne que hec est opinio maioris partis medicorum preter Galienum qui abominatur carnes arietum.

Et uidet sibi q̄ caro uituloꝝ ē melioris nutrimentū q̄  
arietina. Et forsan Galenus hic attendit melioritatē  
nutrimenti ex eo quod ē plurimum nutrire ⁊ nutrime  
tum dare magis irrefolubile quod magis uidet con  
uenire carnibus uitulinis q̄ arietinis cum arietine ma  
gis humide sint. Tercio modo potest attendi melio  
ritas ⁊ electio carniū ex parte minoris uiscositatis  
⁊ melioris odoris earum. Et sic carnes uituline sunt  
meliores ceteris carnibus. Et istud inuic Auerroys  
quinto colliget capitulo de carne dicens. Et carnes ui  
tuloꝝ sunt bone carnes ideo quia non habent illam  
uiscositatem frigiditatem ⁊ siccitatem quam hñt car  
nes bouine ueteres ⁊ carnes eorum sunt magis odori  
fere aliis carnibus ⁊ quantum est in hoc meliores sūt  
carnibus edulinis quia in carnibus edulinis manifes  
tat quedam mulcillago i. uiscositas anteq̄ coquant̄  
sed carnes eduline sunt meliores uitulinis quia melio  
res generant humores. Et ex isto patet quomodo nō  
est tanta controuersia inter autores medicine super e  
lectione carniū quanta prima facie apparet. Notan  
dum est insuper q̄ carnes animalium sicce complexio  
nis meliores sunt circa partem q̄ distantes multum  
a partu ⁊ ergo edī ⁊ lactātes uituli meliores sunt bir  
cis ⁊ bobus quia sua siccitas prime etatis humidita  
te corrigitur. ¶ Sed carnes animalium complexionis  
humide sunt meliores distantes a partu ⁊ circa part  
tum deteriores quia sua nimia humiditas processu e  
tatis exsiccantis scilicet iuuentutis corrigitur aut tol  
licur ⁊ ab humiditate prime etatis crescit. ¶ Et ideo  
iuuenes castrati arietes scilicet vnius



anni sunt meliores ⁊ minus uiscosi lactantibus agnis  
 ⁊ porci vnus anni uel duorum meliores lactantibus  
 porcellis. Et ergo bene dicit Auicenna tertia primi. c.  
 de regimine eius quod comedit.oportet autem ut ci-  
 bus supple sanitatis conseruatiu⁹ sic talis quales sūt  
 carnes ⁊ proprie carnes edorum ⁊ uiculorū lactantiū  
 paruoz ⁊ agnoz annaliū. Et ex istis omnib⁹ ocludi-  
 tur qd carnes burcoz capraz ⁊ arietū ⁊ boum ⁊ por-  
 coz antiquoz ⁊ specialiter nō castratoz ⁊ porcello-  
 rū lactantiū ⁊ agnoz lactantiū nō sunt multū oueni-  
 entes in regie sanitatis s; carnes uiculorū iuuenū ⁊ a-  
 rietū ānaliū ⁊ porcoz duoz annoz uel vnus ē ca-  
 stratorum sufficienter ouenientes sunt esui in regimine  
 sanitatis. Et est diligenter notandum qd carnes decli-  
 nantes ad siccitatem debent elixari ⁊ declinantes ad  
 humiditatem debēt assari ut earum humiditas tem-  
 peret. ⁊ iō carnes cuniculoz leporū ceruorū uiculorū  
 ⁊ capriolorū dñt elixari ⁊ carnes porcellorū ⁊ castra-  
 torū arietū assari elixatio enī obtēperat siccitatē. Et  
 ex hoc patet qd in temporibus ⁊ oplexionibus humi-  
 dis magis competunt carnes declinantes ad siccitatē  
 ⁊ assent. In tēporibus siccis ⁊ complexione ⁊ etate sic-  
 cis magis oueniūt carnes declinātes ad hūiditatem.

*Non sicut in  
 ore paruo  
 uiculorum  
 collod rot*

**Qua recentia. uina rubentia. piguia iura  
 Cum simula pura nature sunt ualitura**

**I**n hoc textu ponunt tria alimenta que in modica  
 quantitate multum nutriunt. Suorum primum est  
 qua recentia. quia sunt de his que in modica

quantitate multum nutriunt ut innuit Auicenna secun-  
do canonis. ca. de ouis. Et idem vult quarta primi-  
ca. primo ubi dicit nutriens uero parue quantitatatis  
et multi nutrimenti sunt oua et gallorum testiculi. Et  
illud idem in multis aliis locis reperit Circa electio-  
nem ouorum sciendum est quod oua gallinarum et perdi-  
cum et faseanorum iuuenum et pinguium sunt bona in  
sanctatis regimie et aliis ouis simpliciter meliora. un-  
de oua paruula longa sunt bona unde. Filia presbi-  
teri iubet pro lege teneri. *¶* Bona sunt oua candida  
longa noua. Amplius oua tremula. i. per decoctionem  
aliquaqualiter inspissata ut in manu tenentis in cortice suo  
uideantur tremere sunt meliora duris et sorbilibus et sunt  
multi nutrimenti et faciles et bone digestionis et gene-  
rant sanguinem maxime cordi proportionalem un-  
de conualescentibus senibus et debilibus maxime con-  
ueniunt et maxime vitella. unde Auicenna in tractatu  
de viribus cordis vult quod vitella ouorum animalium  
bone carnis sicut gallinarum predictum et faseanorum li-  
cet non sint medicine cordi multum tamen cor confortant.  
Et postea subdit quod cito in sanguinem ouertuntur et  
post ouersionem paucam habent superfluitatem et generant san-  
guinem subtilem et clarum et ergo maxime confortant  
cor generando sanguinem ei proportionalem Et ulte-  
rius dicit quod multum ualent in dissolutione substantie  
spiritus et diminutione sanguinis cordis Sorbilia ue-  
ro oua faciles sunt digestionis et leuiunt pulmonem  
et pectus et ventrem lubricant et minus nutriunt quam tre-  
mula. *¶* Dura uero oua per decoctionem facta ad



digerendū sunt difficilia ⁊ nutrimentum exhibēt gros-  
 sum ⁊ tarde a stomacho descendens ⁊ tarde penetrati-  
 uuz. Notandū ē insuper q̄ ex diuersitate preparatio-  
 nis ouorum etiam acquirēt eis bonitas uel malicia.  
 Aut enim sunt assata aut elixa aut frixa aut in iure  
 sunt cocta. Assata elixis grossiora sunt ⁊ ad digeren-  
 dum duriora quia focus substantialem eorum humi-  
 ditatem desiccatur. Et sunt duobus modis. Aut enim cū  
 corticibus inter calidos cineres ponuntur aut in testis  
 franguntur. In testis fracta peiora sunt aliis ⁊ illa sūt  
 que cum corticibus inter calidos cineres ponuntur du-  
 obus sunt modis. aut inter cineres ponuntur tota aut  
 super carbones partim discooperta. Que in cineribus  
 ponuntur tota sunt peiora quia cum calor foci circueat  
 fumositates retinet. Discooperta super carbones posi-  
 ta fumositatem emittunt ⁊ munda fiunt. Elixa in aq̄  
 meliora sunt q̄ assata quia aque humiditas calori  
 foci in humiditate desiccanda repugnat. Et sūt duo  
 bus modis. Aut enim cum corticibus elixantur aut itra  
 aquam franguntur. Cum corticibus peiora sunt ali-  
 is quia cortices probibent dissolutionem fumosita-  
 tum ⁊ grossicie. In aqua fracta calor aq̄e temperate  
 penetrat ⁊ grossiciem suam subtiliat ⁊ aufert sibi gra-  
 uitatem sui odoris. Unde huiusmodi laudabiliora  
 sunt ceteris omnibus. ¶ Frixā ceteris peiora sunt q̄  
 pessimos generant humores ⁊ sunt in stomacho mo-  
 rancia fumositatem ⁊ corruptionem inducentia ⁊ fasti-  
 tidium facientia. ¶ In iure cocta inter assata ⁊ in a-  
 qua fracta sunt mediocria. ¶ Et ista colliguntur ex  
 Psalac in dietis vniuersalibus. ¶ Sciendum est

etiam q̄ ouū diuersificat̄ s̄m eius partes componētes  
Nam vitellum in caliditate temperatum existit. Albu  
men uero frigidum est ⁊ uiscosum dure digerit ⁊ san  
guis etiam ex eo generatus non est bonus ut habetur  
ex Rasi tercio almansoris. capitulo de uirtutib⁹ ouo  
rum. Et sicut oua predicta s̄z gallinaz pardicum ⁊  
fascianorum sunt conueniētia in regimine sanitatis ita  
oua anatum anserū sturcionum ⁊ similitum uolaciliū  
minus conueniētia sunt in regimine sanitatis uel sim  
pliciter euitanda. Secundum est uinum rubeum pro  
quo sciendum q̄ uina diuersificant̄ in colore. Nam  
quedam sunt alba. quedam rubea clara. quedam cieri  
na ⁊ quedam nigra. Uina enī alba debiliora sunt ce  
teris minus calida ⁊ minus nutritiua uerum sunt mi  
nus ledentia caput ⁊ magis urine prouocatiua ⁊ ap  
titiua. Q̄ sunt debiliora ceteris patet. quia s̄m Galie  
num super primo canone tercie particule regiminis a  
cutorum debile uinū est quod minus calefacit ⁊ mi  
nus replet caput cum ergo uina alba minus calefaci  
unt ⁊ minus replent caput ceteris ut patebit debilio  
ra erunt ceteris. Q̄ autem uina alba sunt ceteris mi  
nus calida patet per Galienum in commento illi⁹ ca  
nonis tercie particule regiminis acutorum de uino ete  
nim albo dicentem. Non est possibile alicui ex uinis  
albis ut calefaciat calefactione uehementi. Et postea  
subdit Uinum autem album est minoris calefactiōis  
omnibus uinis Et istud est uerū sparādo uina eius  
dem territorii adinuicem ⁊ nō aliter qm̄ uina rubea ⁊  
ruffa gallicana n̄ sūt ita fortia nec ita calida sicut sūt



multa vina alba que reperiuntur in aliis territoriis de/  
 bet igitur fieri comparatio inter vina eiusdem maneriei  
 et territori. Quod autem sint ceteris minus nutritiva per  
 Galienum in commento illius amphorismi secunde  
 particule amphorismorum. Facile est repleti potu quod ci/  
 bo dicente vinum enim aquosum subtile atque album vsua  
 liter aque est vicinum et illius virtuti uicantur ad nutrie  
 dum uero urina puocat nec corpus inde nutritur. Et silu  
 in commento illius amphorismi eiusdem particule. Eorum  
 qui nutriuntur dicit Galienus vinum aquosum minus dicit  
 corpori nutrimentum cuius liquor est sicut aqua subtilis/  
 sima et color albus. quod autem minus ledunt caput per A  
 uicennam tercia primi doctrina secunda. ca. de regimine  
 aque et uini dicente. Vinum uero album et subtile calefac  
 tis est melius non enim capitis efficit dolorem sed fortasi  
 se humectabit et capitis dolorem allevabit. Et idem eti  
 am uult Galienus in commento illius canonis tercie per  
 ticule regiminis acutorum. potus autem dulcis. Ratione autem  
 quare minus ledunt caput est quia minus fumosa et uapori  
 rosa sunt ceteris. quod autem magis sunt urine puocantia  
 et aptiua per Hippocratem in canone illo tercie particu  
 le regiminis acutorum de uino etenim albo dicente sed tran  
 sicut eius sed uini albi in uesica est facilius quam cuiuslibet al  
 terius potus cum quo etiam uim aptiuam habere dinosci  
 tur. Et ex isto sequitur quod ista vina alba subtilia plus con  
 ueniunt quam alia uina calefactis siue a natura sicut col  
 lericis et sanguineis naturalibus siue ab accidente si  
 cut calefactis ex ira uel mora in sole. Et similiter ma  
 gis conueniunt studentibus quod dicitur uti uino non turbante  
 cerebrum. Et similiter conueniunt habentibus cerebrum debile

sue naturaliter sue accidentaliter quia habentes cere-  
brum debile ex forti uino faciliter inebriantur ut habet  
Auienna tertia primi loco preallegato. Et ergo si u-  
ci uelint uinis fortibus necesse est ea fortiter limphare.  
Et similiter conueniunt habentibus epar calidum et stoma-  
chum calidum et habitantibus in regione calida quia cal-  
lida uina in istis facerent estuationem. Vina uero rubea  
clara sicut beluētia calidiora sunt ceteris ut uult Galie-  
nus in omento illius canonis supra allegati de uino  
etenim albo ubi dicit. uerū tamē cuius calefactio ex ui-  
nis est uehemens eius calor est ruber clarus. Et ista uina  
sunt nutritiora sunt ceteris ut habet Galienus in omen-  
to illius amphorismi preallegati. Facile est repleri ubi di-  
cit grossum uero et ruberum uinum nutritius est ceteris im-  
plens corpora cito obnoxia inanitioni. Et circa istud  
est intelligendum quod uina rubea dicuntur nutritiora eo quod  
plus eorum in substantiam membrorum conuertitur. Vina  
tamen nigra possunt dici nutritiora ceteris quia con-  
stantius dant nutrimentum et tardius a membris resolu-  
bile. Et isto modo dicit Galienus in omento illius am-  
phorismi preallegati. Eorum qui nutriuntur quod uina grossa  
et rubea nutritiora sunt quam aquosa minus tamen quam nigra.  
Et isto modo etiam intelligitur dictum ysaac in dietis parti-  
cularibus ubi uult quod uinum nigrum plus nutrit quam ru-  
beum. Et ista uina rubea magis ledunt caput quam alba  
et minus urine sunt prouocatiua. Et hinc est quod ista ui-  
na quia fortia sunt habentibus debile cerebrum non  
conueniunt ut dictum est sed bene conueniunt habentibus forte  
cerebrum cum forte cerebrum uapores eleuatos ad ipsum non  
suscipit ut dicit Auienna tertia primi ca. preallegato.



Et circa istud e sciendum q ingeniu hominis fortis  
 cerebri magis clarificat ⁊ acuit si bibat unum bonu  
 q si non biberet ut vult Avicenna tertia primi. c. pal/  
 legato. Et ro e qz ex bono uino plusq ex quocunq  
 alio potu generant ⁊ multiplicant spu subriles cla/  
 ri ⁊ puii. Et inde e q theologo cõtemplari soliti circa  
 altissima bona uina diligunt. Et sm Avicennam ibi.  
 Ista uina ualent hominibus frigide õplexiõis ⁊ fleu/  
 maticis. Talia nanq uina corrigunt lapsum frigidit/  
 atis complexionis ⁊ aperiunt õpilationes euenire so/  
 litas frigidis fleumaticis ⁊ digerunt fleumata coope/  
 rãtia ad õuersionẽ eoz in sanguinẽ ⁊ digerunt facili/  
 ter ⁊ cito penetrãt ⁊ prebẽt alimentũ munduz ⁊ spu  
 plurimos. **W**ina uero citrina minoris calefactionis  
 sunt q rubea clara ut uult Galenus in õmento illius  
 canõnis pãllegati. de uino etenĩ albo. maioris tñ ca/  
 lefactionis sunt q alba ut ergo etiam magis sunt  
 caput ledentia q alba. ut uult Galenũ i õmento illi/  
 us canõis pãllegati. Hocũ at dulcis. Et ista uina etiã  
 minõ nutritiua sunt q rubea magistñ q alba. Et apd  
 quosdã ista uina etiam uocãt alba. Et hic e q aliqui  
 dicunt q uina alba cito calefaciũt multum. Uina uel/  
 ro nigra sunt minoris calefactionis q citrina ⁊ ergo  
 etiam minus ledunt caput q citrina. S; quia cardio/  
 nis descensus sunt in uentrem ⁊ minõ urine puocatiã  
 q alba magis ledũt caput q alba ut h; Galenũ i cõ/  
 mẽto illi; canõnis pãllegati. Hocũ at dulcis. Et sunt  
 ista uina et plus nutritiua q alba ⁊ citrina minõ tñ q  
 rubea ut predictum e. Tercium e sorbilã facta ex u/  
 ribus carniũ ⁊ maxime ex brodio pullorum

*Nota de brodio pullorum*

Talia enim brodia nature humane sunt amica ex quo  
facillime in sanguinē sunt mutabilia ⁊ bonuz sangui-  
nem generant Et maxime dū fiunt ex simula .i. ex sub-  
tilissima parte farine quia simula ⁊ maxime tritici ml-  
rum nutritiua est ⁊ bonū nutrimentū affert ut haberi  
pōt ex Rasi tercio almansoris Et ista tria p̄dicta po-  
nit Auicēna secūda primi doctrina secūda. summa p̄  
ma. c. xv. in fine ubi dicit. Exemplū subtilis mulci nu-  
trimēti boni chimi. i. hūoris ē ouorum vitelli ⁊ uinuz  
⁊ aqua carnis. Et ex isto deducit̄ q̄ ista tria sunt de  
genere naturā hūanā maxime confortantium

**N**utrit ⁊ ipinguat triticū .lac casey ifans  
Testiculi porcina caro cerebella .medulle  
Dulcia vina. cibus gustu iocūdiōr. oua  
Sorbilla .mature ficus. vneq; recentes

**I**n hoc textu tangunt̄ duodecim res corp̄ hūanū  
nutrientes ac ipinguātes. Quaz prima ē triticū. i. pa-  
nis ex tritico de quo dicit Auicenna secundo canonis  
ca. de pane q̄ ipinguat uelociter ⁊ maxime de frumen-  
to nouo Rasis uero tercio almansoris de tritico dicit  
Triticū tēperamēto uicinū ē licet caliditati paz atti-  
neat. Sed at̄ pōderosiy ⁊ solidiy inuenit̄ maioris ē nu-  
trimenti. Omnib; quoq; hōib; aliis granis p̄ficiēs  
magis propriū inuenit̄. Sanguis ē ex eo generatus ō-  
m̄ sanguine q̄ ex aliis generat̄ granis tēperatiōr ē ⁊ se-  
quēti ca. dicit. Panis qui ex tritico fit plurib; hoīm  
dueniētior ē Circa electionē at̄ tritici sciēdū ē q̄ electō  
eiy p̄t sumi uno mō ex pte substācie ip̄y alio mō ex



pte pparatiōis ei9. Electionē āt ei9 ex pte substantie  
 ip9 pōit Auicēna secūdo canōis. c. de frumēto dicēs  
 Melius est illud quod est medium inter duriciē ⁊ ra-  
 ritatē magnū pingue recēs. i. nō nimis ātiquū planuz  
 qd ē inter rubedinē ⁊ albedinē. frumentū uero nigruz  
 mali ē nutrimenti. Rasis uero sup addit ponderosita-  
 tē ei9 sup electione ei9. Circa electionē uero ei9 ex pte  
 pparatiōis ei9 sciēdū ē q oīa q sunt ex farina tritici  
 frixa tarde a stomacho descendūt generāt grossos hu-  
 mores opilat uias epatis augmentāt splenē ⁊ generāt  
 calculū multū nutriūt si digerant. Triticiū uero elixū ē  
 cib9 grauis ⁊ idigestibilis s; si digerat fortiter nutrie  
 ⁊ roborat uirtutē. S; triticū sub forma panis bñ fer-  
 mentati ⁊ assati in clibano moderato igne ē electus ci-  
 bus. Et oīa ista colligunt ex Galieno primo alimēto  
 rum. Secūda res ē lac. Et pōt istud intelligi de lacte  
 ebucirato qd apud medicos edoc dicit ⁊ apd cōes  
 balbuca. Balbuca enim recēs si comedat cum pane re-  
 centi siue calido ei iposito maxime ipinguat. Pōt eti-  
 am intelligi de lacte caprino quod etiam mulcum nu-  
 trit de quo prius latius dictuz est ibi. Persica poma  
 pira. Tercia res est caseus infans siue recēs de quo di-  
 cit Auicēna secundo canonis. ca. de caseo q est nutri-  
 tiuus ⁊ impinguius. Et licet caseus recens nutriat  
 ⁊ impinguet in regimine tamē sanitatis non conuenit  
 qua sequuntur ex eo nocumenta prius dicta ibi. per-  
 sica poma pira. Quarta res est testiculi. Et istud ma-  
 xime intelligendum est de testiculis gallorum impin-  
 guatorum de quibus Auicenna secundo canonis. c. d  
 testiculo dicit q sunt ualde boni nutrimenti ⁊ plurimi

Et quarta primi. ca. primo de eis dicit q̄ in modica  
quantitate multum nutriunt. Et potest istud etiam in  
telligi de testiculis porcorum multum pinguium non  
dum coeuntium sicut enim porcorū caro ea que alio/  
rum animalū quadrupedū melior existit ⁊ hoc quo  
ad hoc quod ē nutrimentū p̄bere mai⁹ irresolubilius ⁊  
corpori hūano simili⁹ sic ē ⁊ porcoꝝ testiculi respec  
tu testiculorū aliorū aīalū quadrupedū Et ē hic dili  
genter notandum q̄ testiculi aīalium provectorū in  
quib⁹ ē iā fermentatū semen ⁊ generatum nō sunt bo  
ni nutrimenti sed testiculi animalium iuuenum adhuc  
nō coire potencium quibus adhuc nō est sperma fer  
mentatum sunt satis laudabilis nutrimenti si bñ di  
gerant ⁊ de istis etiam intelligit̄ dictum prius. Quinta  
est caro porcina de cuius electione ⁊ effectu satis ā  
ple dictum ē prius ibi *Bersica poma pura.* Sexta est  
comestio cerebrorum. Pro quo sciendum ē q̄ cerebrū  
est stomacho malū nauseatiuum delectiuum appetit⁹  
⁊ grossi humoris generatiuum uez est tñ q̄ si bene di  
gerat̄ alimentum dat corpori notabile sed nullo mo  
do comedi debet post alios cibos. Bonum autem est  
q̄ cum organo uel calamento uel cū aliquib⁹ obtem  
perantib⁹ ei⁹ uiscositatē ⁊ frigiditatem in quibus sic  
uirtus incisua ⁊ calefactua patet. Et cauendū est q̄  
si comedatur q̄ primitus afficit̄ super carbones. Et ē  
aduertendū q̄ non confert illis quibus frigide solēt  
aduenire egritudines sed bñ habentib⁹ oplexionē ca  
lidā ut uult *Rasis* tercio almāforis. c. de uirtutib⁹ mē  
brorū animalium. Et breuiter parū ouenit ī regie sani  
tatis s̄ aliquādo bene ouenit uia medicie sicut cerebrū



caprioloꝝ ōueniens est ostra uenena ⁊ contra morsuꝝ  
 uenenoſoꝝ ⁊ cerebrum leporis contra tremorem ⁊ ſe/  
 cundum quosdam cerebrum pulloꝝ ⁊ caponū ad me/  
 moriam ⁊ ſubtiliationē ingeni conferunt. Circa electi/  
 onem tñ cerebroꝝ ſciendū ē q̄ meliora eoꝝ ſunt cereſ/  
 bra uolatilium ⁊ proprie montanorum ⁊ ex cerebris  
 quadrupedum cerebrum arietis deinde uentuli ut uult  
 Auicenna ſecūdo canonis c. de cerebro. Septima ē me/  
 dulle q̄ multi ſunt nutrimentū ſi bñ digerant prout di/  
 cit Auicēna ſecūdo canonis c. de medulla. Et ē facile  
in ſanguinē ōuertunt Hoc tamen malū faciūt q̄ deici/  
 unt appetitum atq; nauſeā inducūt ⁊ ergo Auicēna do/  
 cet eas comedere cum piperibus. Et etiam aliqui eas  
 preparant cū ciconiis ⁊ paſtillis ut faciunt leccardi.  
 Et pro electione earum dicit Auicenna q̄ ōuēniētiōꝝ  
 eſt medulla uitulorū ⁊ cerui deinde tauri ⁊ poſtea ca/  
 prarum deinde ouium Et ſm aliquos medulle tauro/  
 ri iuuenū ⁊ pinguiū multum ōuēniētes ſunt. Octaua ē  
 dulcia uina de quibꝫ poſterius dicit ibi. Sunt nutri/  
 tua. Nonā ē cibus gūſtu iocundior quia talis maxi/  
 me nutrit. Juxta illud y pocratis ſecūda particula ā/  
 pboriſmorum dicentis Harum deterior cibus ⁊ po/  
 tus delectabilior quidem melioribus magis delecta/  
 bilis eſt appetendus. Et Galienꝫ in cōmento illuſa ite  
 Omnis em cibus ſapidus in quo quiſq; delectat̄ cuꝝ  
 accipit a ſtomacho complexꝫ retinet ⁊ cuꝝ magna de/  
 lectatione digerit pluſq; quilibet alius qui ſi ſic abbo/  
 minabilis fugit vnde uomitus ſaſtidiū inflatio rugi/  
 tus generant. Et hinc ē q̄ aliq̄ meliꝫ ualēt cū malo ci/  
 bo q̄ cū bono qz maiorē delectationē habēt ī malo

*No bene*

Decima ē oua sorbilia que in modica quantitate etiā  
muleuz nutriunt. de quib9 etiā dictū ē supra ibi. Dua  
recentia. Undecima est fic9 mature que ppter suā dul  
cedinem multū nutriūt 7 impinguant. Circa istud ta/  
mē sciendū ē qd licet nutrimentū ficus nō existat in ro  
bore nutrimenti carnis 7 granorū ē tū uebementioris  
roboris q̄ nutrimentū omnium fructuū ut uale. Au/  
cēna secūdo canōis. ca. de ficub9. Et ibidē etiā dicit.  
q̄ fic9 est nutritibilior ceteris fructibus. Et idē uult A  
uicēna tertia primi. c. de regie ei9 qd comedit dicens.  
q̄ inter fructus. fructus magis nutritiui 7 similiore9 7  
propinquiores carnib9 in nutriēdo sunt ficus 7 uue  
ualde mature 7 dactili. Circa electionē uero eaz sci  
dum ē qd fm Auicēna secūdo canonis ca. de ficub9. me  
lior est alba qz leuior deide rubea siue citerna 7 dein/  
de nigra. Et q̄ uebementē matura est melior ē p̄xima  
ad hoc ut non noceat. Itē humide 7 recentes fic9 ma  
gis 7 ueloci9 nutritiue sunt q̄ sicce 7 citius trāsūt de  
stomacho ad epar 7 magis humectant epar 7 magis  
lenificāt q̄ sicce. Verum sicce sunt min9 inflatiue 7 ma  
gis stomacho ouenientes q̄ humide. Et de siccis di  
cit Auicenna loco preallegato. Sicca quidē in suis o/  
peracionibus ē laudabilis uex sanguis ex ea general  
tus non est bonus 7 ppter hoc facit pediculos uerū  
si sic cum nuce tunc eius chimus. i. humor sic bonus 7  
post nucem cum amigdala. Et postea dicit qd admi/  
nistratio sicce cum ieiunium adest est mirabilis uua  
menti in aperiendo uias cibi 7 proprie cū nuce 7 amig  
dala cū tū ei9 nutrimentū cū nuce sic pl9 q̄ cū amigda  
la. Et oueniūt utreq9 fic9 in hoc qd i ipsis est inflatio



et lenificatio et expulsio superfuitatum ad cutem et pro-  
 uocatio sudoris et remotio asperitatis gutturis et mu-  
 dificatio et lenitio pectoris pulmonis et canne eius et  
 aperitio opilationum epatis renum et splenis. **Quode-  
 cima res est uua recens.** i. uua dulcis et bene matura.  
**Pro quo sciendum** quod uua est triplex. Nam quedam  
 est immatura et acerbata et fit ex ea agresta et ista strin-  
 git uentrem et coleram rubeam reprimat atque sanguinem  
 Et multum ualet in fluxu uentris colerico. **Alia est ma-  
 tura** uiridis et recens ex qua fit uinum. **Et ista specia-  
 liter** quando est alba et sine nucleis et cortice uentres la-  
 xat et ceteris fructibus plurimum et melioris nutrimenti  
 existit sicut et ficus minoris tamen nutrimenti quam ficus  
 ut habet Auicenna secundo canonis capitulo de uua  
**Verum** est tamen quod uentositatem generat et inflatōem  
 et uentris dolorem. **Et si remanserit per duos dies** ul-  
 tres post collectionem suspensa donec cortex decumef-  
 cat melius nutrit et minus laxat nec tantum inflat. **Et  
 habentes** stomachum plenum cibo et immundum ma-  
 lis humoribus nullo modo comedant uuas et specia-  
 liter recentes et sine arillis uelociter enim in stomacho  
 immundo corrumpuntur et in stomacho pleno cibis  
 quia nimis cito digeruntur. et non poterunt exire de  
 stomacho post earum digestionem propter cibum non  
 dum digestum quare tunc in stomacho corrumpuntur  
 et alium cibum corrumpunt. **Et similiter etiam intel-  
 ligendum est de aliis fructibus laxatiuis.** **Et si aliquis  
 uelit sumere** uuam uiridem et recentem bonum est quod pro-  
 mitus infundatur in aqua feruente per horam et deinde  
 de ponatur in aquam frigidam et post sumatur

Rasis uero tercio almanforis de uua recenti ⁊ specialiter dulci dicit q̄ cito corpus impinguat ⁊ augmentat erectionem uirge. Et ulterius dicit q̄ illa uua que est subtilioris cori. i. corticis citius descendit a stomacho. Illa uero que est grossioris tardius. Alia ē uua sicca que passula uocat⁹ ⁊ ista licet ponat⁹ ⁊ numeret⁹ inter equalia parum tamen caliditati attinet ⁊ bene nutrit secundum Rasis loco preallegato ⁊ confortat stomachum ⁊ reparat sicut Auicennam loco preallegato. ⁊ opilationes remouet. Et dicit q̄ reparat impinguitur ex eis ⁊ maxime si mundent⁹ ab arillis. Et sic text⁹ predictus potest intelligi de uua matura recenti ⁊ de uua sicca que passula dicit⁹.

**Uina probant odore. sapore. nitore colore  
Si bona uina cupis hec quicq; probant in illis  
fortia. formosa. fragrantia. frigida fresca**

**I**n hoc textu ponunt⁹ quatuor generalia quibus uina probantur. Primum ē odor. Vinum enim boni odoris siue redolens multiplicatiuum ē spirituum subtilium. Et secundum Constantinum quinto theorice bene nutrit ⁊ bonum sanguinem generat. Vinum uero fetidum abhominabile est nature humane spiritus grossos ⁊ melancolicos generans ⁊ sicut Constantinum quinto theorice malum sanguinem ⁊ capitis dolorem ex malo fumo caliditate ascendente generat. Galenus uero tercia regiminum acutorum commento primo loquens de diuersitate uinorum ex odore dicit. quod ex uino ē boni odoris est melioris chimi. i. humoris ⁊ sicut illud ē multitudo que implet ex eo caput quod ē quod ē subtilius ⁊ calidius.



quod autem ex eis est mali odoris sicut maliciam cibi/  
 mi generati ab eo erit paucitas lesionis eius in capite  
 quod est quia est frigidius et grossius. Illud autem cui peni/  
 tus non est odor non facit omnino aliquid accidere in  
 capite quia est uehementer grossum. **S**ecundum est sa/  
 por sicut enim cibus sapidior melius nutrit et melius  
 a stomacho amplectitur ut dictum est in sententia pre/  
 cedenti ita et uinum. Circa istud tamen sciendum est quod uina  
 in sapore diuersificantur quedam enim sunt dulcia ali/  
 is nutrabilia grossum sanguinem facientia et uentre  
 humectantia ad digerendum dura et sitim generantia. Ali/  
 lia sunt pontica siue stiptica stomachum confortantia uel  
 et est stipantia pectori et siue pinetie scilicet pulmone et ca/  
 ne eius nocua intestinis congrua ad digerendum dura/  
 Alia sunt acerbata que sunt diuretica id est urine prouocantia  
 grossos humores non generantia sed dissoluentia. Alia a/  
 mara minus calida ut hinc Constantinus quinto theorice/  
**T**ercium est nitore siue resplendentia que indicat super subtili/  
 tate uini et sic ex consequenti super subtilitate spirituum  
 ex ipso generatorum **Q**uartum est color Ex parte enim coloris  
 uina diuersificantur in nutrimento Vina enim rubicundi  
 ora ceteris paribus magis nutrabilia sunt albis et ideo  
 plus conueniunt macris quam alba Alba tamen plus conueni/  
 unt pinguibus. Et de ista diuersitate uini ex colore dic/  
 tum est prius ibi. **D**ua recentia. Deinde in textu ponuntur  
 quibus specialia quibus probatur bonitas uini. Primum tamen  
 quod dicitur fortia. Fortitudo enim uini cognos/  
 citur ex effectu. **V**inum enim forte est quod calefacit  
 corpus uehementer replens caput secundum Galienum  
 commento primo tertiae particule regiminis acutorum

¶ **I**stud enim uinum maxime spirituum est multiplicatiuum et multum nutritiuum. **C**auent tamen ab illo nisi sit limphatum qui sunt debilis cerebri quia magna effumatio ab ipso ad cerebrum ipsorum perueniret et ipsum lederet. **S**ecundum tangitur cum dicitur formosum. **V**inum enim formosum siue pulchrum quia cum maiori appetitu sumitur melius digeritur et melius nutritur. **T**ercium tangitur cum dicitur fragrantia. **V**inum enim fragrans siue bene redolens maxime confortatiuum est. et spirituum subtilium generatiuum ut dictum est. **Q**uartum tangitur cum dicitur frigida. **N**am uinum debet esse frigidum quo ad tactum non autem quo ad effectum. **V**inum enim calefactum cum sit rarius et subtilius citius inebriat nervos debilitat et caput ledit nisi in modica quantitate sumptum fuerit. **Q**uintum tangitur cum dicitur frasca. **V**inum enim bonum debet esse frasca siue leue quod spumando sonum facit et habet spumam tenuem de facili labilem et in medio existentem siue quam in eo mouentur atomi. **V**inum enim non istius dispositionis pendulum dici debet et maxime si non soluat uel corpora atomalia non habeat. **V**el debet dici debile uel limphatum si spumam habeat cum magnis ampulis uel ad latus capiti spuma diu maneat.

**S**unt nutritiua plus dulcia candida uina. **I**n hoc textu ponitur unum documentum de uinis. **E**t est quod uina candida et dulcia ceteris paribus plus nutriunt reliquis uinis. **E**t istud uoluit Costantinus loco preallegato. et idem uult Auicenna tertia prima capi. de regimine aque et uini ubi dicit. uinum quoque



grossum quod est dulce ē melis illi qui vult eē pignus  
 Et rō ē quia uina dulcia uehementer a membris at/  
 trabunt ppter eorum dulcedinem cui natura cōgau/  
 det. Nā dicit Auicenna secūdo canonis tractatu prio/  
 ca. iii. Operationes at dulcis sunt digestio ⁊ lenifica/  
 tio ⁊ multiplicatio nutrimenti ⁊ natura diligit ipsuz  
 ⁊ uires attractatiua attrahit ipm. Et licet iste textus  
 uerificet de omni uino dulci eligibile tñ ē uinū mode/  
 rate dulcedinis ⁊ nō dulce in summo sicut uinum qd  
 vulgo muscadellū sive muscadeti dicit quia tale cor/  
 rumpit sanguinē. Cui rō ē quia natura rapit auide/  
 tale uinū a stomacho ad epar priusq̄ digerat quod  
 in eo est utile chulificationi ⁊ anteq̄ maturet ei⁹ super/  
 fluitas propter delectationē ei⁹ maximā in cōnatura/  
 litate dulcium ⁊ sic replet sanguinem aquositate indi/  
 gesta ex qua reddit ap⁹ ebullitioni ⁊ putrefactioni  
 Et istud etiā intelligendū est de aliis cibus dulcibus  
 in summo. Pro maiori noticia sciendum est q̄ ex usu  
 uini dulcis ⁊ aliorum nutrientium dulcium tria timē/  
 tur nocumenta ⁊ maxime his q̄ ad ea prom sunt pri/  
 mum est fastidium ppter ea q̄ dulcia suis caliditate  
 ⁊ humiditate lenunt ⁊ applanāt orificium stomachi  
 inducentia illie dispositionem contrariā inanitioni et  
 corrugationi illi⁹ q̄ sunt cā famis. Secundū ē ueloci/  
 tas inflāmatiōis eoz ⁊ cōuersionis in colerā. Nā res/  
 dulces ouemētissime sunt i generatiōe colere. Et prop/  
 ter hoc mel plus omib⁹ reb⁹ generat colerā qm ipm ē  
 dulci⁹ oib⁹ reb⁹ ⁊ p⁹ ipm uinū dulce ut h⁹ Galienus  
 cōmēto illi⁹ canonis terciē pticule regimīs acutorum  
 adentem leui⁹ percutit. Et hinc est q̄ inducit sic⁹ nec

cōuenie febricitantibus necēt colericis ut ibidem dicit  
Galiens. Tercium ē opilatio epatis ⁊ splenis qz dul/  
cia trahunt ab eis cum fece sua propter magnam de/  
lectationē quā hñt in eis ⁊ maxime epas anteq̄ digel/  
rant quare illic leuiter iducūt opilatiōes cooperante  
ad hoc substācia grossa in qua fundat sapor dulcis  
s̄m Auicēnā secūdo canōis tractatu p̄rio. c. iiii. Et hīc  
ē q̄ uinū dulce min⁹ ē urine puocatiuū q̄ alia uina.  
Et contra ista tria nocumēta summe ualēt acerosa qz  
appetum sua acetositate prouocāt ⁊ sua frigiditate  
inflammationem prohibent ⁊ subtilitate sue substan/  
tie opilationes aperiunt. Notandū insuper q̄ licet uī/  
na dulcia ⁊ alia nutriētia dulcia opilēt epas ⁊ splenē  
deopilant tamē ipsum pulmonē. Et ratio quare non  
opilant pulmonem sicut epas ⁊ splenē est quia a dul/  
cibus in transitu suo per mery nil nisi subtile ad ipm  
refudat ⁊ sanguis genit⁹ ex rebus dulcib⁹ ad pulmo/  
nem uenit iam purificat⁹ in epate p̄u⁹ ⁊ in corde sub/  
tiliatus. ⁊ istud uult Galiens in cōmento illius cano/  
nis tercię particule regiminis acutorū dulcis potus.  
Item uina dulcia min⁹ inebriant s̄m Ppocratem ter/  
cia particula regiminis acutorum canone illo. Aden/  
tem lenius percutit q̄ reliqua fortiora uina Ex predi/  
ctis cōcludi p̄t q̄ si bibat uinū rōne nutritōis corpo/  
ris restauracionis ⁊ impinguationis sicut contingit ī/  
his qui macri sunt siue naturaliter siue accidentaliter  
tunc competunt uina dulcia ⁊ grossa sufficienter colo/  
rata talia enim uina sunt sufficienter nutritiua ⁊ dep/  
diti restauratiua ⁊ corporum impinguatione unde cō/  
uenientiora sunt ad impinguandum corpora macra



Et per oppositum si intendamus non nutritionē nec  
 deperditōz restauracionem nec impinguationem vt  
 contingit in his qui sunt multū carnosi ⁊ pingues tūc  
 vīna subtilia non dulcia sed sapore amīcabilia odo  
 rīfera ad albedinem declinancia sufficienter fortia eli  
 genda sunt. Si uero det̄ vinum ad sitis extīnctioez  
 tunc vinum album subtile debile ē eligibilius tale enī  
 vinum magis humectat ⁊ infrigidat ⁊ p cōsequēse  
 lūis extinguit sitim ⁊ quāto sitis ē maior tāto tale ui  
 nū ē diuēntius. Si uero uinum det̄ ad spiritū con  
 fortationem ⁊ reparacionē ⁊ uirtutis confortationem  
 tūc d̄ dari uinum subtile odoriferum saporis delect  
 tabilis mediocris coloris sufficientis fortitudinis ⁊  
 tale uinum debet sumi cum pauco cibo ⁊ debet eē de  
 puratum ab utraq; superfluitate ⁊ debet sumi in pau  
 ca quantitate. Si uero intendam⁹ pectoris ⁊ pulmo  
 nis mundificacionē ⁊ uentris laxacionē tūc vīna mel  
 diocris substātie sapore dulcia sunt magis eligibilia

**S**i uinū rubeum nīmū quādoq; bibatur  
 elenter stipatur vox limpida turbificatur

**I**n hoc passu ponūt̄ duo nocumēta nimie potaci  
 onis uini rubei. Primū ē q̄ nimia bibitio uini rubei  
 distipat uentrē. i. duros facit secess⁹ seu difficulter h̄re  
 egestionē. Cuius cā s̄m aliquos ē q̄ tale uinū rubeū  
 plus ceteris parib⁹ ē calefactiū ⁊ magis nutritiū  
 In quātū enī pl⁹ ē calidū magis exsiccat ⁊ in quancū  
 magis nutritiūm auidius a natura retinet̄. Potest  
 tamen textus intelligi de nimia potatione uini rubei

stiptici aut pontici ex qua stipticat<sup>r</sup> et ostipat<sup>r</sup> uenter  
pppter stipticitatē aut ponticitatē uini Circa istud tñ  
sciendum ē qđ si exhibeat<sup>r</sup> unum ad stomachi et uisce  
rum otentine fortificationē eligem<sup>9</sup> uina grossa pon  
tica uel stiptica rubea uel nigra sicut contingit in hñci  
bus fluxū uentris pppter debilitatē otentine stomachi  
et istud uult *Ypocras* tertia particula regiminis acu  
toꝝ canone illo. *palme<sup>9</sup>* quidē et *niger*. et similiter *Ga/  
lienus* in omēto illi<sup>9</sup>. S<sup>3</sup> si intendam<sup>9</sup> ofortationem  
digestiue opertūt uina subtilia uel mediocria i substan  
tia et colore boni odoris et ouemētis saporis et suffi  
cientis uigoris et aliqualis stipticitatis. Secundum ē  
exasperatio gutturis siue rancedo quā iducūt aliqua  
uina intēse rubedīs pppter eoꝝ siccitatē et terrestita/  
tē. Et istud nocumentū ēt otungit ex uinis rubeis pa  
trie brabantie pppter eoꝝ stipticitatē et terrestitateꝝ  
et maxime qñ musta sunt uina p̄dicta istud nocumen  
tum secundū otungit. *Nō* tñ primū qđ mustū magne  
rubedinis solet inducere uētris fluxū pppter feces su  
as terrestres cū eo mixtas q̄ sui mordicatiōe mordi/  
cant inestina ex qua mordicatione flux<sup>9</sup> uentris cau  
sat. Et tale unum nō d<sup>3</sup> bibi mustum id ē qđ diu fue  
rit turbidum et bulliens quia ex quo ip̄m ē mordicāf  
propter suas feces terrestres ab eo etiam eleuat<sup>r</sup> fum<sup>9</sup>  
mordicans qui ad cerebrum ueniens sui mordacitate  
mordicat oculos atq; rubificat. Et istud etiam intel  
legendum est de istis mustis patrie brabantie siue ru  
beis siue albis propter eorum terrestitatem. Causa  
autem quare iste fumus est mordificatiuus ē quia ut  
num a quo dissoluit<sup>r</sup> est mordificatiuum. Jā ut dicit



Galenus prima pticula aphorismoꝝ in om̄eto illis  
aphorismi. 7 qui crescit quicquid a qualibet redissol  
uit ei vnde dissoluit̄ necesse ē ut assimilet̄

**Allea / nux / ruta / pira / raphano / et tiriaca**

**Hec sunt antidotū cōtra mortale venenū**

**I**n hoc textu ponunt̄ sex medicine ualentes contra  
uenenum. Prima ē alliu qđ maxie ualz cōtra nocumen  
ta puēre solētia ex mala aqua 7 maxie ualz cōtra po  
tū male aque de quo dicit Serapion ī aggregatorio  
ca. de eo. qđ qnādo sumit̄ alliu 7 pꝛhibet̄ aqua cor/  
rupta non nocet aqua illa potanti. Et idē inuit̄ Auicēna  
secūdo canōis ca. de eo. 7 tertia primi. ca. de cōser  
uatiōe iter agētis a nocumēto diuersaz aquaz. Et is  
tud idē etiā operat̄ cepe ut vult̄ Auicēna secūdo cano  
nis ca. de eo. 7 sic pꝛ cōprehēdi sub allio. Et de eo etiā  
dicit̄ Auicēna tertia primi loco p̄allegato qđ cepe ē ut  
tyriaca malarū aquarum 7 maxie cū aceto qz cepe est  
subtiliatiū incisū abstersū cum stipticitate 7 ape  
rit fortiter ut vult̄ Auicēna secūdo canonis. c. de eo.

Et ē calidū in tercio quare calefacit̄ malas aq̄s. p̄hibet̄  
ne sua frigiditate stōacho noceāt 7 subtiliat̄ gros  
sas faciens eas cito penetrare. Et acetum huic permix  
tum uigorat̄ uirtutē eius in subtiliacione 7 penetrati  
one aquarum 7 prohibet̄ a siti quam inducere solz ce  
pe comestum. Et eadem ratio uerificat̄ d̄ allio 7 ergo  
etiā dicit̄ Auicēna tertia primi loco p̄allegato qđ  
allia comedēda sunt super aquas grossas 7 turbidas  
quia subtiliant̄ eas cito descendere faciūt 7 prohibēt  
ne stōacho noceant 7 intestinis 7 ne venas opilent

Allium preterea comestū añ iter ⁊ post hoc ex melio-  
rib⁹ reb⁹ ē oueniētiōrib⁹ illis qui ueniūt ab acre fri-  
gido uel qui uadunt ad eum ut inuit Auicenna tertia  
primi ca. de regendo iter agentē in frigore ⁊ cōgelatū  
Et ex isto sequit̄ q̄ alliu multū ualet iter agentib⁹ ⁊ p-  
diuersas terras euntibus ⁊ diuersis potib⁹ utentib⁹  
Juxta illud metricum. Allia qui mane ieiuno sumpse-  
rit ore hunc ignotarum nō ledit pot⁹ aquaz. Nec di-  
uersorū mutatio facta locorū. Valet preterea allium  
ad puncturam uermium uenenosoz ⁊ morsum serpē-  
tū qñ bibit̄ cum uino quod Auicēna sc̄do canonis c-  
de eo se dicit fuisse experenz. Et confert etiam morsu  
canis rabios⁹ quando fit emplastrū ex alio ⁊ folijs  
ficus ⁊ camino super morsu mugali confert ut ibidē  
dicit Auicēna Cepe uero secundum Auicennā sc̄do  
canonis ca. de eo confert etiā morsu canis rabiosi cū  
linit̄ super ip̄m aqua eius aut emplastrat̄ ex eo cū sa-  
le ⁊ ruta. Et cepe quod comedit̄ expellit nocumentuz  
uentositatis uenenosorum. Et dixerunt quidaz q̄ ip-  
sum generat in stomacho humorem humidum pluri-  
mum frangentem nocumentum uenenosorum. Notan-  
dum est circa istud q̄ alliu ⁊ cepe ⁊ similiter etiā por-  
rum uia cibi non competunt temperatis corporibus  
nec calidis ⁊ specialiter cruda parum enim nutriunt ⁊  
male nutriunt ⁊ generant sanguinem acutum ⁊ pun-  
giuum grossos humores tamen subtiliant ⁊ viscosos  
incidunt ⁊ postq̄ decocta sunt perdunt pungitiuita-  
tem ⁊ adhuc remanet uirtus incisua ⁊ subtiliatiua.  
Vnde magis cocta competunt q̄ cruda. Dorri ei sunt  
calidi ⁊ sicci ⁊ dant corpori alimentum illaudabile et



oculis nocent ⁊ generant sanguinem nigrū ⁊ melanco/  
 licū ⁊ somnia terribilia ⁊ nervos ledūt rōe pūginitica  
 tis eoz nocēt dentib⁹ ⁊ gingivis ⁊ nullus coleric⁹ nec  
 melancolic⁹ eis utat⁹ ⁊ specialiter crudis. Cepe calide  
 sunt ⁊ hñc humiditatē superfluam terrestrem cum hu/  
 miditate aquosa subtili indigesta. Si cōcedant⁹ cruda  
 generāt ī stōacho hūiores malos ⁊ putrefactibiles ⁊ cor/  
 ruptibiles ⁊ iducunt sōnia mala ⁊ terribilia ⁊ dolorē  
 capitis. Et nimius usus eaz disponit hominē ad me/  
 moriam deperdendam ⁊ perturbat intellectū ⁊ pdu/  
 cit ad dementiam. Sed si comedant⁹ coctē cum aqua  
 laudabilium carnum laudabiliter iuuāt digestionē  
 ⁊ minuunt earum nocumenta ⁊ temperāt cibaria fri/  
 gida cum quibus decoquunt⁹ sed meli⁹ est eis nō uti  
 illia calida sunt ⁊ declināt ad aliqualē humiditatem  
 sed minus q̄ cepe ualent cōtra uentositatē ⁊ ualent in/  
 tussi ⁊ bene sreatre faciūt sed nocent uisui ⁊ dolorē ca/  
 pitis inducunt ⁊ sunt tyriaca rusticorum. Et sic pdic/  
 ta solum oueniunt his qui fleumaticum aut grossum  
 uiscosum humorem habuerint. Colerici uero a predi/  
 ctis abstineant. Secunda est nux de qua dicit Auicen/  
 na secundo canonis ca. de ea. q̄ ipsa cum ficub⁹ ⁊ ru/  
 ta est medicina omnibus uenenis ⁊ ex ea cuz cepe ⁊ sa/  
 le fit emplastrum super morsuz canis rabiosi. Et istō  
 maxime intelligitur de nuce sicca ante cibum sumpta  
 modo predicto. ¶ Et circa istud ulterius sciendum  
 est q̄ nuces sicce peiores sunt recentibus ⁊ humidis.  
 quia sicce magis vinctuose sunt ratione cui⁹ ī colerā  
 duerunt ⁊ inducūt capitis dolorem ⁊ oculos turbāt  
 ⁊ uertiginem generant ⁊ specialiter sumpte post

cibū ⁊ lingue paralysim inducūt ⁊ uomitur ꝑuocant  
⁊ uescas in ore faciunt. Et hñtes stomachū colericuz  
maxime dñt euitare nucas siccas ⁊ quanto antiquio/  
res tanto peiores sunt. Recentes autē min⁹ male sunt  
qz nō sunt tante vinctuositatis ⁊ iō nō generāt dolo/  
rē capitis aut uertiginē ⁊ similia sicut sicce ⁊ rōe hñ/  
ditatis lubricātis laxāt uentrē ⁊ si aliquantulū cor  
reant ⁊ cōcedāt ꝑꝑ cibū cōprimūt cibū sumptū. Et sic  
ꝑꝑ qꝑ nucas recentes sunt magis ouenientes corpori/  
b⁹ sanis qꝑ sicce. Tercia ē ruta de q̄ dicit Auicēna secu/  
do canōis. c. de ea. qꝑ resistit uenenis. Et postea sub/  
iūgit. Et bibat qui sibi timet ne ī potu sumat uenenū  
⁊ pūgi a uenenosis de semie eius ꝑōdy ⁊ ī cū folijs suis  
cū uino ⁊ ꝑꝑrie si bibat cū nucē ⁊ bolo oib⁹ cōtritis  
⁊ omixtis. Et dicit Aristoteles ī de aialib⁹ qꝑ cū mul  
tula uult pugnare cū spēte siue cū bufone ip̄a comedit  
rutā ut interficiat eū qz odor rute ē inimic⁹ ueneno un  
de comestio rute cū ficibus ⁊ amigdalis dulcibus in  
mane preseruat a ueneno. Notandū circa istud qꝑ du/  
plex est ruta. quedam domestica ⁊ alia siluestris. Do  
mestica melior siluestri est quia siluestris ⁊ maxime sic  
ca calida ⁊ sicca ē in quarto gradu quare plurimū su  
mere de ea ē perniciosum. Domestica uero humida ca  
lida ⁊ sicca ē in secundo gradu. sicca uero in tercio. Et  
est incisua resoluciuā carminatiua uērositati ⁊ istud  
maxime ouenit sicce. Nam dicit Serapion ca. de ea qꝑ  
est de reb⁹ magis sferentib⁹ inflacionib⁹ i. uentositā  
tibus sed in humida ē inflatio ⁊ rē ruta uebementer a  
cuit uisum ⁊ ꝑꝑrie succ⁹ eius cū succo feniculi ⁊ mel  
le collurio fact⁹ ex ea aut comesta ut dicit Auicēna se/



29

cundo canonis. c. de ea. Quia tñ in succo rute quedaz  
est bauracitas nocens oculo iō ruta p̄t applicari ocu  
lo ventilando ita q̄ solum uapor siue fumalis eua/  
poratio ei⁹ ⁊ non substantia rute ad substantiā oculi  
pingat. Quarta ē pira. de quib⁹ dicit Auicēna. ii. ca  
nonis. ca. de eis q̄ sunt cura fungorū mortificantū  
Et qñ coquūt isti fungi cū puris minorat nocumētū  
ipsorum. Vel p̄t iste textus uerificari de piris aroma  
ticis q̄ sui aromaticitate spūs confortarēt ⁊ sic nocu/  
mentum ueneni repellerent. Quinta ē raphan⁹ de quo  
dicit Auicēna. ii. canonis. c. de eo. q̄ confortat morsū  
uipere ⁊ cum uino morsui cornute etiā. Et semē ei⁹ cō  
fert uenenis ⁊ uermib⁹ uenenosis. Et si ponat frustū  
eius sup scorpionē morit⁹ ⁊ aqua ei⁹ est experta i hoc  
⁊ ē fortior. Et si momorderit aliquē scorpio qui ra/  
phanum comederit non nocebit ei. Et ofert etiā p̄fo  
cationē que fit a fungis mortiferis. vel pōt dici q̄ ra/  
phanus ualet contra uenenum quia prouocatiuus ē  
uomitus ⁊ sic per uomitum stomachus purgat a ma  
lis humoribus si qui in eo sunt. Et circa istud sciendū  
est de raphano ⁊ radice que sunt p̄p̄inqua i oplexio  
ne q̄ nocent corporibus colericis. generant enim san/  
guinem acutum ⁊ pungitiuum ⁊ raphanus est malus  
stomacho faciens eructuare ⁊ generat humorem gros  
sum ⁊ si digestiua sit debilis generat humorem crudū  
habet tamen uirtutem subtiliatiuam ⁊ incisiuam. Sui  
dam autem comedunt radicem ⁊ raphanum post ali  
os cibos ad confortandum digestionem de quo ad  
miratur Salienus. Unde uerum est q̄ experientia do  
cet ⁊ dicunt sapientes medici q̄ si comedāt post aliū

cibum iunāt ad digestionē ⁊ descensum ei⁹ ⁊ ventrē la-  
xant s; si cōcedāt ante aliū cibū ipellūt cibū ad superi-  
ora ⁊ vomitum inducūt. Bonū ē autē q̄ cōcedant cuz  
aceto ⁊ sale p⁹ alios cibos ⁊ in pauca quantitate vel  
rū ē tñ q̄ oculis nocēt ⁊ capiti. Rasis uero iiii. almāso  
ris dicit q̄ raphan⁹ longā faciēdo morā ī stōacho ī-  
cidit flēma cui⁹ folia cibū digerūt ⁊ appetitiuā adiu-  
uāt qñ paz sumit de eis. Sexta est tyriaca q̄ a toto  
genere ualet contra uenenū ⁊ iō ualet tam rationabili-  
b⁹ q̄ brutis contra uenenum tā frigidum q̄ calidum.  
Et sub tyriaca potest comprehendī metridatū qd̄ simi-  
le operat. De tyriaca enim dicit Auicenna sexta quar-  
ti tractatu tertio. ca. primo. Scias q̄ canon maxim⁹  
in curatione uenem ē cōfortatio caloris innati ⁊ exci-  
tatio ipius ad expellendū sicut facit tyriaca. De tyri-  
aca uero ⁊ metridato simul dicit Auicēna sexta quar-  
ti tractatu prio. ca. de medicinis cōib⁹ ad uenēa. Sūt  
medicīne q̄ cōtrarie sunt ueneno q̄re nō p̄mittūt ipsuz  
puenire ad cor ⁊ sunt sicut tyriaca ⁊ metridatum.

**Aer sit mundus habitabilis ac luminos⁹**

**Hec sit infectus nec olens fetore cloace**

**I**n hoc textu notant quatuor circa electionem ae-  
ris habitabilis. quorum primum est q̄ homo debz e-  
ligere aerem mundum id est non infectum uaporibus  
q̄ aer imund⁹ alterat cor s̄m cōplexionem illius qd̄ si  
bi cōmiscet sicut inuit Hali tertia tegni in cōmento il-  
li⁹ canonis. Dia hec enī rē. Secundū ē q̄ hō dz elige-  
re aerē lūinos⁹. aer ei turbid⁹ inducit ī corpe tristitiā  
⁊ pigriciez q̄ aer turbat⁹ cōmiscet būores ⁊ turbidus



ad cor puenit quare ex ipso et humoribus grossis et tur-  
 bidi generant spiritus animam cristificantes et pigricie indu-  
 centes. Nihil est ergo quod magis iocundum facit ho-  
 minem atque minus graue quam in claro aere ambulare vel  
 mane surgere. Tercium est quod homo dicitur uitare aerem infectum cu-  
 iusmodi est aer in quo sunt strages cõiter enim in locis in quibus  
 precessit maxima hominum interfectio sequitur pestis  
 et in locis vicinis. Aer enim infectus quando inspiratur inficit  
 spiritus in nostro corpore. Quartum est quod homo dicitur uitare  
 fetorem cloace. Et per hoc innuuntur infectiones parti-  
 culares aeris cuiusmodi est infectio aeris latrinarum  
 uel fouearum coquine uel locorum in quibus prouocantur  
 tur cadauera mortua et ossa mortuorum et aeris vicini-  
 tate in qua putrescit linum uel canapis. Aer enim ca-  
 luter infectus inficit spiritus nostri corporis et maxime ce-  
 rebro nocet. Et hinc est quod dicitur Auicenna secunda pri-  
 mi doctrina secunda. ca. secundo. Et aer quidem dum  
 est temperatus et clarus neque substantia extranea complexi-  
 omni spiritus contraria et admiscet est sanitatem efficiens et ipsam  
 conseruans et cum mutat contrarium sue operationis ope-  
 rat. Et pro maiori declaratione predictorum sciendum est  
 quod aer necessarius est in regimine sanitatis dupliciter. pri-  
 mo quidem propter refrigerationem cordis. secundo  
 propter expulsionem fumosarum superfluitatum tri-  
 bulantium spiritum et calorem innatum sicut enim in ex-  
 terioribus nos videmus quod ignis sine euentatione ae-  
 ris suffocat et extinguit sic etiam imaginari debemus  
 quod spiritus et calor innatus indigent aere ipsum nutri-  
 ente conseruante et obtemperante. ¶ Obtemperatio uero  
 gatur caloris innati fit per aeris attractionem et eius

depuratio fit per aeris expulsionē. Primum quidem  
fit per motum attractiōnis ⁊ secundū p motū expul  
sionis. si igit aer attract⁹ fit fetidus ⁊ impurus corrū  
pit calor ⁊ spūs innatus. Aer igit dēt eē bone substā  
tie cui nō admiscet aliquid ex uaporib⁹ nec fumosi  
tate extranea. Nō enī d⁹ eē aer turbid⁹ nec nebulosus  
nec malis uaporibus admixt⁹ hic enim aer humores  
conturbat ⁊ animam ocrustat ut dictū ē. Et d⁹ eē dis  
coopertus celo ⁊ non inter parietes ⁊ tecta constrict⁹  
⁊ ut sit ad unum dicere maxime euitand⁹ est aer inclu  
sus ⁊ non euentatus. Verū est tamen q̄ tēpore epydi  
mie in quo accidit aeris putrefactio communis eligē  
dus est aer inclusus. Vnde temporibus illis bonum ē  
manere in dōib⁹ ⁊ tēre fenestras clausas ne aer pure  
factus ingrediat. Sed alias aer discoopertus melior  
existit. **E**uitandus est preterea in regimine sanitatis  
aer cui miscēt uapores lacuum ⁊ profunditatum al  
quam putridam continencium ⁊ olerū talium qualia  
sunt caules ⁊ eruca ⁊ similia ⁊ arborum uiscosaz ma  
larum quales sunt ficus ⁊ nuces. Amplius eligendus  
est aer in quo sufflant uenti ex terra alta uel equali. ⁊  
multum etiā sollicitari debemus q̄ aer non excedat ī  
aliqua qualitatū primaz scz caliditate frigiditate  
humiditate ⁊ siccitate qđ si forsan contigerit obtemi  
peret per artē quantū possibile ē. Et ista colligūt ab  
Alicēna secunda. doctrina secunda. ca. Diuersis.

**S**i tibi serotina noceat potatio. uina  
**H**ora matutina rebibas ⁊ erit medicina



**I**n hoc textu ponit̄ vnum documētuz 7 ē q̄ si q̄s  
 male ualuerit ex sumptione uini de nocte siue tempo  
 re serotino talis ī crastino d̄z iterato sumere uinū. vñ  
 de potatio uini nocturna potest inducere ebrietatem  
 siue sicut matutinam uel p̄t inducere supercalefactio  
 nē corporis. Si uero iducat supcalefactionē corpo  
 ris tunc maximus error est de mane itez sumere uinū  
 quia ē addere ignē igni. Si uero hō incurrat ebrietatē  
 cum aliquati nausea tūc de mane bonuz est sumere ui  
 num quia ex sumptione uini de facili tunc prouocat̄  
 uomitus ex quo sequit̄ mūdificatio stomachi q̄ mun  
 dificatione facta de facili cessat nocumentum ebrieta  
 tis 7 nausea. Et propterea consultit̄ **Y**pocras semel ī  
 mense inebriari ut ex ebrietate prouocet̄ uomitus qui  
 est maxime preseruatiuus ab egritudinibus chronicis.  
 id ē longis 7 malis. Si etiam ex potatione uini noct  
 urna ledat̄ aliquis 7 hoc propter inconsuetudinem  
do arterie. In apertione autem arterie est timor. Et hu  
ius causa potissima est nimis fluxus sanguinis qui du  
plici de causa habet fieri in fleubothomia arterie. una  
causa est caliditas uehemens sanguinis arterialis. Cali  
dum enim et facile mobile et arteriam dilatans et aperiens et ideo  
iuuat multum ad euacuationem sanguinis in flomia ar  
terie. Secunda causa est arterie mobilitas et ideo tardius in



ea vulnus curat quia vulnera non sanant nisi quiescant. Prodest tamen ista flōmia tripliciter primo cū est in corpore sanguinis subtilis abundantia. secūdo quando uaporosi. tercio quando calidissimi sanguinis enim subtilis ex quo calor naturalis et spūs fiunt habitat in arteria sed sanguis grossus ex quo mēbra nutriunt in venis. Similiter sanguis uaporosus in arteria continet et sanguis sanguineus in venis Sanguis etiā calidissim⁹ qui a corde efficit et digerit qd̄ est calidissimum membrum etiā continet in arteria. Aliis autē sanguis in uenis. Secundo sciendū qd̄ uenarū apertio est in multis membris. Aliqñ in brachio siue māu magna. Aliqñ in parua. Aliqñ in pede. Aliquādo in naso. Aliqñ in fronte. Aliqñ in labus. Aliqñ sub lingua siue in palato. Aliquādo in angulis oculorum uersus frontem. In manu maiori que est ab ascellis usq; ad cubitos sunt quinque uene apiriende s̄m Rasum septio almanfortis et Auicennā loco preallegato. Una uocat cephalica que est uena capitis. Secunda basilica que est uena epatica. Tercia mediana siue cordiaca siue nigra s̄m qd̄ uocat ab Auicenna siue matrix sicut uocatur a Ras. Quarta assellaris. Equinta funis brachii. In manu minori est sceles siue salnatella et ita in brachio secundum qd̄ continet maiorem manum et minore sunt apiriende sex uene. Cephalica a partibus que sunt supra collum euacuat et ideo passionibus capitis ualeat et in emigrania mania et in aliis calidis passionibus siue ex materia calida Vñ et ista incipit siue orit̄ ab humero et tēdit vsq; p̄tē siluestre brachii. basilica euacuat

immediate a partibus sub collo ut a pectore ⁊ epate  
Vnde in passionibus pectoris epatis ⁊ similibus va  
let. vnde ualet in pleuresi. Et incipit ista ab affellari ⁊  
tendit ad partem domesticam brachii ad curuaturaz  
brachii. Mediana uero est media inter duas predi  
tas in situ ⁊ in compositione quia ex eis componitur  
Est enim ramus utriusq. Et est etiam media in euac  
uatione quia undiq. euacuat ⁊ ab inferioribus par  
tibus sub collo ⁊ a collo ⁊ supra collum Vnde ē uni  
uersalis tori corpori in euacuando. Non uniuersalis  
sicut dicunt quidam quia a corde orit sed quia ramus  
est cephalice ⁊ basilice. Et ergo cum uolumus fleuor  
thomare de cephalica ⁊ non apparet debemus acce  
re magis medianam q̄ basilicam ⁊ similiter cum uolu  
mus fleuor thomare basilicam ⁊ non apparet magis  
debemus fleuor thomare medianam q̄ cephalicam.  
quia magis conuenit cum utraq. q̄ una cum alia cuz  
sic ramus istarum ⁊ iste extrema. Seiles siue salnatella  
est uena que est inter auricularem ⁊ medicum tendens  
plus uersus medicum digitum ⁊ oritur a basilica ⁊ is  
ta aperitur in dextra manu in opilatione epatis ⁊ in  
sinistra manu in opilatione splenis. Et quare hoc sic  
nescitur ratione sicut dicit Auicenna sed experientia.  
Hanc enim inuenit Galenus per somnium ut ipsi di  
cit quia habebat quendam in cura habentem opiati  
onem epatis ⁊ splenis ⁊ somniabat se fleuor thoma  
re patiente de illa uena ⁊ sic fecit ⁊ curatus ē. De ista  
fleuor thomia ponendo manum in aqua calida  
quia subtilis est ideo ut ingrosset ⁊ dilatecur ⁊ ne ut



nus claudatur citius debito ⁊ ut sanguis grossus sub/  
 tulietur **A**stellaris est illa que posita est sub basilica et  
 illa apparet in ligatura brachii ⁊ de ista idem est iudi-  
 cium cum basilica **F**unis brachii est illa que est supra  
 cephalicam siue os ultimum siue altius brachii uersus  
 partem siluestrem. **E**t est idem iudicium de ista ⁊ de  
 cephalica. Licet ergo secundum Auicennam ⁊ Galie-  
 num in apertione uene fit euacuatio uniuersalis a to-  
 to corpore non tamen ab omnibus uenis equaliter.  
 ut uisum est. **L**icet etiam uene a toto corpore eua-  
 tuent non tamen in eis est timor equalis immo cepha-  
 lica secundum Rasim septimo almansoris est securi-  
 or. **E**t basilica est magis timenda ⁊ cardiaca etiam  
 multum est timenda licet minus quam basilica. **C**epha-  
 lica est securior quia neque iuxta eam est neruus neque  
 arteria neque supra eam. **S**ed sub cardiaca est neri-  
 uus ⁊ altius supra eam est neruus subtilis ideo timē-  
 dum est ne insidatur neruus. **B**asilica est periculo-  
 sa ualde quia est sub ea arteria ⁊ iuxta eam est neruus  
 ⁊ musculus ideo est timenda ualde. **S**elles siue sal-  
 natella non est periculosa sed tamen subtilis est ⁊ ideo  
 ut aperiatur melius est quod ponatur in aqua calida.  
**I**n pede sunt tres uene scilicet sciatica sophera et  
 uena poplicis. **E**t hee aperiuntur cum uolumus  
 trahere sanguinem ad partes inferiores ut in prouo-  
 catione menstruorum ⁊ illa que est in poplice secun-  
 dum Auicennam magis ualet quam sophera aut sciati-  
 ca quia propinquior est matrici ⁊ ideo melius potest  
 ab ea trahere. **S**ophera uero a uirga testiculis ⁊

a matrice sanguinē attrahit Sed sciatica ab anchis re-  
nibus ⁊ membris que sunt situata uersus partez silue-  
strem melius trahit. Sophena uero a matrice ⁊ a mē-  
bris positis uersus partem domesticaꝝ licet sint rami  
unius uene. In medio frontis est uena una que aperiē-  
da est in antiquatis passionibus faciet ut ī morphea  
⁊ impetigine scabie ⁊ in passionibus oculorum prius  
tamen debet fieri minutio de cephalica. Et similiter ē  
una uena in naso. Et in utriusqꝝ apertione debet col-  
lum ligari ⁊ postea aperiri una ante altam per ligati-  
onem enim colli melius manifestant. In labiis etiam  
sunt uene que aperiuntꝝ propter apostemata existētia  
in ore aut gingiuis cephalica tamen prius minuta. In  
palato sunt quatuor uene que si aperiuntur ualēt flu-  
xui reumatis ad dentes in eis facientis dolorem. Et  
iste uene sunt manifeste ⁊ debent aperiiri materia di-  
gesta. ¶ Item quedam sunt uene in angulis oculorū  
uersus frontem ⁊ aperiuntur in passionibus oculorū  
cephalica prius minuta. ¶ Item quedam sunt uene  
sub lingua que aperiuntur in squinancia cephalica p-  
rius minuta. ¶ Item uene que sunt in temporibus infei-  
duntur propter emigraneam ⁊ propter dolorem ma-  
gnum capitis ⁊ egritudinem capitis diuturnam. Et  
iste sunt quas uocat Ppocras ⁊ Auicenna iuueniles.  
quarum insecisio reddit hominem impotentem genera-  
re. ¶ Item in collo etiam sunt uene que uocantur gui-  
des que minuende sunt in principio lepre ⁊ maxime  
tamen anbelicus angustatur. Vnde ⁊ in squinancia  
impediente anbelicum minuuntur.



**S**i dolor ē capitis ex potu līmp̄ha bibat  
**E**x potu nīmīo nā febris acuta creatur  
**S**i uertex capitis uel frōsestu tribulentur  
**T**īmpora frōsq; sīl' moderate sepe fricent  
**M**ozella cocta necnon calīdaq; lauentur

**I**n hoc passu autor duo notat. Primum est qd si  
 dolor capitis accidat ex potu nimio ⁊ maxime uini ⁊  
 alicui⁹ alteri⁹ pot⁹ quo contingit homines iebriari tūc  
 superbibi dī aqua frigida que sui frigiditate atq; in  
 grossatione impedit ne fumi ex tali potu eleuati cere/  
 brū ledāt uel ad ip̄m eleuent. Secundū ē qd si summi/  
 tas capitis uel frons nimio calore uexet tunc debent  
 tīmpora ⁊ frons moderate fricari ⁊ postea debent ex  
 aqua decoctionis morelle calīda lauari quia morella  
 que a cōib⁹ medicis solatrū dicitur habet infrigidare  
 quia frigida est.

**T**emporis estīuī ieiunia corpora siccant  
**Q**uolibet imēse ⁊fert uōit⁹ quoq; purgat  
**H**ūores nocuos stōachi lauat ābit⁹ oīs  
**E**ter autūnus hyems estas dñat in anno  
**T**ēpore uernalī calīdus sit aez humidusq;  
**E**t nullum tēpus meli⁹ fit fleubothomie  
**E**lus tunc hōī ueneriscōfert moderatus  
**C**orporis ⁊ mot⁹. uētrīsq; solutio sudor

Balnea. purgant tūc corpora cū medicinis  
Estas more calet siccatur noscat in illa  
Tūc quoq; precipue colerā rubeam dñari  
Hūida frigida fercula dēt / sit uenq; extra  
Balnea nō psunt. sint raze fleubothomie  
Utilis est requies sit cū moderamie potq.

**I**n hoc passu autor plura notat. Primus est qd  
iuuare multum exsiccatur corpora in estate quia ex quo  
estas de natura sua est calida et sicca ipsa resoluit hu-  
miditates corporis que etiam resoluuntur per sudo-  
res in estate multiplicatos et sic superueniente ieiunio  
corpora plus exsiccantur quia absente humido cibali  
calor nostri corporis agit in humiditates proprias  
ipsas exsiccando. Et ergo bene dixit Ppocras sep-  
tima particula amporismorum. Corporibus humi-  
das carnes habentibus famē adhibere ouenit. fames  
enim corpora exsiccatur. Secundū est qd uomitus offert  
quolibet mense quia per uomitum euacuāt humores  
nocui contenti in toto ābitu stōachi. Et istud etiam  
uoluit Aui. quarta primi. ca. decimotercio de iuuamē-  
tis que affert uomitus cum dixit qd Ppocras pcepit  
uomitum fieri bis in unoquoq; mense scilicet duobus  
diebus continuis ut secundo die expellatur illud qd  
primo die non potuit expelli. Et per hoc secundum  
Ppocratem conseruatur sanitas cum talis uomitus  
mundificat stomachum euacuando fleuma et coleram  
Stomachus enim non habet aliquid qd mūdet ipm  
sicut intestina habent colerā rubeā ipsa mundificantē.



Et postea Auicenna loco preallegato ponit plura alia inuamenta vomitus bene facti quorum primum est qd confert grauitati capitis ⁊ hoc uerum est quando illa grauitas accidit ex materia humoralis uaporoſa perueniente a ſtomacho ⁊ membris inferioribus ad caput. Si enim grauitas capitis fieret a nocumēto, proprio ipſius cerebri tūc uomit⁹ magis noceret q̄ offerret. Secundū ē qd clarificat uisum ⁊ hoc quādo obſcuratio uis⁹ puenit ex materia uaporalis pueniēte a ſtōa/cho ad ipſos oculos alias at nō. Tercū ē qd affert ſaſtidium. i. nauſeā ⁊ abhominatiōem remouēdo ⁊ euacuādo humore a ſtomacho qui eſt cā ſaſtidii. Quar- tū ē qd offert ei ad cui⁹ ſtōachū descendit colera corrū- pta ei⁹ cibū. Quintū ē qd remouet abhominatiōem q̄ fit ppter vinctuſitatē. Sextū ē qd remouet caſum deſideriū ⁊ illud quod facit deſiderare acutum ponti- cum aut acetuſum quia uomitus remouet cauſam o- nium iſtarum diſpoſitionū iam remota cauſa remo- uetur effectus. Septimum eſt qd confert laxitati. i. cal- checie que p̄cedit ydropiſi⁹ euacuādo materia⁹ tal- laxitatis ⁊ mundādo ſtomachū. Octauū eſt qd offert ulceribus in renibus ⁊ ueſica diuertēdo materia⁹ cur- rentes ad illa loca ad partem oppoſitam. Nonum ē qd etiam offert lepre marie quādo fit cū uomitu forti ſicut eleboro quia talis uomit⁹ euacuat materia⁹ que ſunt in locis remotis ⁊ difficiliſ eradicatiōis ex q̄b⁹ fit lepra. Etia uomit⁹ corrigit digeſtiōnē primā ex q̄ alie digeſtiōnes meli⁹ fiūt vñ lepra peccat in corrup- tiōne digeſtiue. Decimū eſt qd confert malicie coloris in cute ex aliquo humore diuertēdo ipſum a cute.

Mi qd <sup>uicenna</sup>  
<sup>uicenna</sup>  
 primum ⁊ vñ  
 ſc̄ qd nō eſt fac  
 tū ſed p̄ſentis  
 uomit⁹ m̄  
 144

Undecimum est q̄ ofert epilentie stomatice euacuan-  
do hūorem contentum in stōacho ex cui9 effumatio-  
ne causat̄ epilentia. **D**uodecimū est q̄ ofert ycterice  
maxime illi q̄ ē ex opilatiōe nā propter motū fortem  
in uomitu materia opilās omouet̄ ⁊ remouet̄ a loco  
in quo faciebat opilatiōe. Similiter euacuat̄ mate-  
ria fleumatica per uomitū q̄ cōiter ē cā istis opilati-  
onis. Decimūterciū ē q̄ ofert asmāti euacuādo mate-  
riā antecedentē ex stomacho que fouebat materiā as-  
matis. Et ēc calefaciendo membra spūalia ⁊ pulmo-  
nem ex quoz calefactione sequit̄ ofumptio superflu-  
itatum facientium asma. Decimūquartum est q̄ ofert  
tremori ⁊ paralisi euacuando materiam istarum pas-  
sionum. **D**ecimūquintum est q̄ confert habentibus  
ulcera nigra magna super partes extremas diuertent̄  
do humores a partibus extremis. Et licet vomit9 de-  
bite administratus ista conferat iuuamenta superflue-  
tamen factus multa inducit nocumenta quia debili-  
tat stomachum ⁊ resoluit ipsum ⁊ facit eum apū vt  
materie fluant ad ipm ⁊ obest pectori ⁊ uisui ⁊ denti-  
bus ⁊ antiquis capitis doloribus ⁊c. Prout dicit A-  
uicenna quarta primi. capitulo decimoquarto. Terci-  
um quod notat hic textus est q̄ quatuor sunt tēpo-  
ra anni. scilicet ver. estas. autumnus ⁊ hyems prout  
manifestum est. Et inter ista tempora ver est calidū ⁊  
humidū ⁊ hoc respectu aliorum tempoz licz in se sic  
tēp9 t̄pamento attinēs ut uult Galien9 in de comple-  
xiombus. Et ex isto sequit̄ q̄ istud tēpus magis ap-  
tū est fleubothomie quia magis est multiplicatiū  
humorum q̄ alia tempora Et ergo etiam isto tēpore



pōt ouenire moderat⁹ usus coitus ⁊ motus tempera-  
 tus ⁊ uentris solutio siue fluxus ⁊ sudor temperatus  
 ⁊ similiter balnea temperata ad diminuendum repleti-  
 onem. Et ergo etiam istud temp⁹ apertū est ad purga-  
 tionē corporis cum medicina. Quartum est qd estas  
 calefacit ⁊ exsiccāt ⁊ ergo in ipa etiā multiplicat⁹ cole-  
 ra rubea que calida est ⁊ secca. Et propter hoc etiā in  
 estate fercula debent esse frigida ⁊ humida ad remo-  
 uendum dispanciam caliditatis ⁊ siccitatis ex oplexi-  
 one estatis inductā. Et dicitur fieri abstinentia coitus cum  
 talis etiam exsiccet. Et abstinentia a multis balneis si-  
 mili de cā. Et rara fleuorhomia eadem de cā uisi ne-  
 cessitas hominem opellat. Et debet fieri quies ⁊ pau-  
 cus motus quia quies humectat ⁊ multus motus ni-  
 mium exsiccāt. Et debet homo predicto tempore uti  
 potu cum moderamine ⁊ maxime frigido quia ex su-  
 perflua sumptione potus frigidi propter apertionez  
 porrorum aliquādo sequit⁹ subita ifrigidatio corpo-  
 ris uel paralis̄is siue laxitas membrorū uel mors sub-  
 ita. ⁊ qua nos defendat qui eternaliter uiuit ⁊ regnat

Hoc op⁹ optat quod flos medicīe uocat⁹

Incipit liber de conseruatione corporis seu de regi-  
mine sanitatis compositus per magistrum Arnoldum  
de villa noua.

**P**rima pars uel consideratio sanitatis conseruande pertinet aeris electioni. nã inter ea que necessario approximãt humão corpori. nihil est quod imutet fortis ipm q̄ aer cum per os ⁊ nares ad cor ⁊ arterias inspirando uenit cum qualitatibus suis. ⁊ per omnes arterias immiscet spiritibus corporis per quos omnes actiões uite corporalis perficiunt. Ideo regalis prudentia ad proprie sanitatis conseruationem studere d̄. ppter salutem regni nunq̄ negligat quantum facultas ocedit eligere aerem tam in partibus regni q̄ in mansiõnibus locorum ad que inhabitando declinat.

De electione aeris.

**N**am cum in parte regni elegerit diuitis habitare iuxta differentias partium anni in qua salubrior ⁊ purior uiget aer dupliciter p̄uidet utilitati cõi. Primo quidem in conseruatione. p̄prie salutis a qua deriuat̄ salus totius multitudinis cui p̄est. Secundo uero quoniã p̄uidet multitudini quo ad eius presentiam non solũ autẽ corpori est accommodus aer purus sed etiam menti. Nam oĩa mētis opera siue in apprehēdendo siue in iudicando claris ōp̄fectius exercent̄ in aere puriori. Ex qua consideratiõne non modice regis prudentia sublimatur. cuz p̄ hoc publice utilitati p̄uideat valde in procuratiõ



claritatem cognitionis et industrie naturalis non solum  
 mente propria sed totius consilii unde manat guber  
 nationis influentia toti regno ad quod bonum pro  
 creandum quantum ei possibile fuerit ipse rex obligat  
 ex proprio maiestatis officio. cum non tamen naturalibus  
 documentis sed quotidianis constet experimentisque a  
 eris impuritas atque grossities ingenium ebeatat appre  
 hensionem obtundit iudicium obscurat. cognitiões i  
 facuat et obligat affectiones. Ea igitur pars ad habi  
 tandum diuicius eligat ubi fuerit in substantia purus  
 aer. et in qualitatibus temperatus iuxta differentiam  
 temporis. Nam in estate querendus est purus et ex cir  
 cūstantiis habitationis declinās ad moderatam fri  
 giditatem et contrario in hyeme. ubi autem purus est aer. ibi  
 ver et autumnus existunt in qualitatibus temperati. Sed  
 quia frequenter contingit quod ubi prius est aer subitis  
 uentorum flatibus agitat. Ideo tunc corpus rarum et  
 facili ledit alterationibus repentinis cum leuiter ad eius  
 interiora penetret uentus. maxime si flauerit ueluti per  
 canalem propter quod expedit in locis uentosis uesti  
 bus operiri. Sed colericis et sanguineis congruit uesti  
 tis ex lino uel serico interclusa bombace. nam talis ue  
 stis sanguinem non inflammat nec estuare facit et a ue  
 torum ingressu partes protegit circumtectas etc. ¶ In  
 mansione uero que precipue deputabitur ad iacendum  
 cauebitur ne sit aer conclusus et non habens libera sex  
 pirationes sicut in aliquibus domibus testudinosi  
 que pauca et parua habent spiracula uel reumaticis.  
 sicut in subsolaris quorum solum non est pauimen  
 tatam. In talibus enim mansionibus aer est nimis

grossus ⁊ iacentes maxime dormientes in eis multuꝝ  
grauat in capite ⁊ in pectore facit enim eos obtusos  
pigros ⁊ somnolentos cor constringit anhelitum idu-  
rat faciendo respirationem difficilem ⁊ uocem ampu-  
tat ⁊ obscurat. Preterea si necessitas urgeret in tali do-  
mo iacere subtiliter in hyeme depuret aer cuz igne ma-  
xime facto de vitibus ficis aut rore marino uel brus-  
co uel similibus lignis non fumantibus sed faciētibꝫ  
flammam claram. In estate uero cuucta spiracula te-  
neant aperta ut solum irriget ⁊ in ea parte iaceat per  
quam liberius gredi potest aer. Et si sterni debuerit  
uurentibus plantis caueatur ne sint aquose ut iuncus  
grossus sed bona ⁊ mollis herba scz mirto uel salice  
aut similibus. ⁊ talis domus poterit in hyeme cū lig-  
no aloes aut thure subfumigari aut ligno iuniperi uel  
sypressi. Estate uero cum sandalo aut foliis mirti sic-  
cis aut uirgis eius uel rosis ficis quibus etiam si col-  
pia suppetat solum sternet aut sacelli repleantur ex ei-  
is ⁊ collocentur circa puluinar lecti. Cum autem fri-  
gora cogent uri beneficio ignis cauedum est, ne nimis  
approximetur aut diu sedeat ad ipsum ⁊ maxie sum-  
perat spiritu ⁊ eorum impedit digestionem ⁊ ebrietat  
uisum ⁊ acuit sanguinem ⁊ causat uertiginem. Sz dor-  
so ad ignem conuerso eius beneficium moderate su-  
perat. Si uero fuerit coram oculis ⁊ maxime pro-  
pe conuenit aliquid propter oculos interponi.

### De exercitio corporis



**D**ist considerationem aeris ideo consideratō  
 sequit̄ exercitiū quoniam naturaliter debet re  
 fectiōnem precedere propter duo. quorum v  
 num est quia calorem excitat naturalem per quem est  
 cibi digestio celebranda. Vñ expedit q̄d cibus qui su  
 mit̄ eū inueniat excitatū ⁊ non sopitū. aliud ē quia su  
 perfluitates corporis resoluit ⁊ preparat expulsioni  
 quibus in corpore manentibus natura nequit suas p  
 ficere actiones. Etenim calorem naturalem obtundit  
 ⁊ meatus impediunt per quos debet alimentum tran  
 sire. Vnde natura corporis impedita manet donec su  
 perfluitates cibi preteriti fuerint exclusæ perfecte. Quā  
 uis autem grosse superfluitates ut intestinales ⁊ vesti  
 cales ab aliquibus corporibus egrediantur absq̄ ex  
 ercitiū tamen subtiles que per poros cutis habent ex  
 pelli ⁊ que plurimum aggregant̄ inter laceros mem  
 brorum ⁊ inter cutem ⁊ carnem raro nisi per exercitiū  
 educunt̄ a corpore sano. tum quia raro sudat. tuz qz  
 rarissimum est q̄d aliquis ita parce uiuat siue cibetur.  
 q̄d calor naturalis possit membrorum superfluitates  
 propter paucitatem consumere uel q̄d ita sit fortis q̄d  
 possit quantascunq̄ superfluitates uastare cognouit  
 enim ante cibum exercitari. sed comedentibus parum  
 sufficit exercitiū modicum. **H**is autem qui co  
 piose reficiuntur magis est necessarium ⁊ e conuerso.  
 Nam his qui parum exercitant̄ sufficit modica leuis  
 q̄d refectio. His ergo attentis in prandio ⁊ cena pre  
 mittat̄ exercitiū moderatū ⁊ uniforme. Moderatū  
 quidem est ex quo alacrior quis efficit̄ ⁊ mēbra ēt le  
 uiora. nā si doluerit p̄ in fatigata pmāserit. p̄culdubio

fuit immoderatio. et ideo cum fatigatio ichoat cessan-  
dum est ab eodem. Uniforme uero dicitur quando infe-  
riora et superiora proportionaliter excitantur siue pe-  
ditando siue equitando uel aliter exercitium peragat.  
Vnde qui peditando exercitatur dicitur aliquando india-  
ri ad colligendum manibus aliquid placidum uel o-  
perandum. Equitans uero siue ascendendo uel descen-  
dendo mouendo equum non solum pedum colunas  
sed dorsum moueat et manus et brachia maxime si ue-  
nacioni operam dederit. Illa tamen in proposito spe-  
cies motus uel exercitium eligi debet per quam semp-  
illefa permaneat regalis maturitas et honestas. Quia  
propter ludus pile aut lucte cum coetanis nullo mo-  
do regi congruit quoniam personam ipsius contem-  
nibilem reddit. Istud etiam publice utilitati nimium  
derogat.

#### De balneo.

**D**ist consideratione exercitii. consideratio bal-  
nei sequitur. ideo quia defectum supplet ipse  
na in regimine sanitatis illi solum balneantur in quibus  
propter omissionem exercitii et copiosam refectione  
multitudo superfluitatum aggregatur in lacertis et inter-  
cutaneis regionibus aut quibus post multitudinem  
sudoris in exercitio uel alia causa lotio corporis est  
necessaria. Et ideo balneum stuphe competit primis ad  
prouocandum sudorem. Aliis uero balneum aquae ad ablu-  
endum. Sed in proposito neutrum balneum locum habet na corpori  
tempore sanguinis abundantia si moderate cibetur et exercitetur  
nec congruit sudare. nec necessarium est abluere propter sudoris  
uestigia. quod si propter eius exercitium sudoris prouocatum



aliquando sequeretur necessitas abluendi. Cauendum est ne corpus mergatur in aqua notabiliter calida. sed sic tepida uelut illa que solis feruoribus estate calefcit. et rose unico feruore bullite proiciantur in balneo. Columne tamen pedum ad conseruationem sanitatis uisus et auditus atque memorie sepe lauentur et fomententur cum aqua tepere caliditatis. et talis lotio fit in sero circa introitum lecti diebus illis in quibus non cenare contingit lotio uero capitis non tardetur ultra. xx. dies nec in ebdomada plus quam semel fiat. nec unquam stomacho repleto. sed ante prandium uel post ipsum et ante cenam si proponatur cenare.

#### De refectionibus

**P**ost considerationem exercitii sequitur consideratio refectionis duplici ratione. quare prima quam exercitium corporis inanit. et in tanto corpori debet refectio. Secunda uero est quam exercitium inaniendo per uocat appetitum cibi qui nominatur fames que nihil aliud est quam prece nature ad iudicandum necessitate cibationis. de corpore namque sano tunc est certum quod indiget cibo quam manifeste famescit. Et ideo specialiter habentibus temperatum corpus et sanguinem abundantibus pre aliis non expediat sumere cibum donec esuriant natura enim membrorum non amplectitur sed respuit ipsum. Et ideo cibus qui sumitur absque appetitu nature uelut grauis sarcina fertur in stomacho et aliis membris. Preterea magis corrumpitur in eis quam conuertatur in ea. nam respuit ipsum uel conantur tepide in substantiam suam ouertere. Quamobrem patet ex eis quod sanis corporibus in qualibet parte anni. nulla secundum naturam est alia congrua

bora cibationis siue in prandio siue in cena. nisi quā  
do natura comedere appetit. Et hoc testat q̄ vulga-  
ris obseruantiā tēpestiue tenandi nō habet ī sanis ex-  
istentiā rationis. Sed ex leui conceptu manauit impe-  
ritorum. ⁊ obseruat̄ ex indiscreta consuetudine popu-  
lari. Sumend⁹ est ergo cibus appetente natura nec diu  
etiam post esuriam debet sumptio tardari. nisi qz san-  
ctē constitutionis ecclesie. uel hōesta occupatio. aut re-  
ligiosa deuotio quandoqz suggerunt ipsam esuriē to-  
lerare. debet etiam taliter mensurari cibatio ne stoma-  
chus tentione grauet̄. Sicut enim nocet cibus sumpt⁹  
ante tempus predictum sic etiam nocet si sumat̄ imo-  
derate. ad quod uitandum expedit ut duo uicent̄ pri-  
mum est imperfecta masticatio per quam magna fit  
nature iniuria cum non reddat̄ ei quod ex prima isti-  
tutione debet̄. Ad hoc enim dentes a natura sunt ori-  
dinati ut p̄fecte ominuat̄ cib⁹ anteq̄ trāsmittat̄ ī lo-  
cum digestionis. Cum enī cib⁹ nō est liquidus aut per-  
artificium ominus⁹ ualde naturam sui corporis del-  
trauat qui suis dentibus p̄fecte nō oterit. nam ap-  
titudo oterēdi nec stomacho nec ceteris membris intel-  
loribus est concessa. Quapropter necesse est ut ledant̄  
eur a cibo imperfecte masticatio dupliciter. primo qz  
p̄ inde sumit̄ ex quadam deglutiēdi uoracitate. Sel-  
cundo qm̄ degluti⁹ ip̄fecte digerit̄. ⁊ per osequēs  
corpus ad multas preparat passiones. ⁊ ideo uora-  
ces frequenter egrotant̄ ⁊ nunq̄ ad naturalem pueni-  
unt senectutē. Secundū āt qz metu refectiōis imodera-  
te d̄ uitari ē uarietas ferculoꝝ ī vna mēsa ⁊ maxie si su-  
rit delicata. cit⁹ ei lassat̄ ⁊ deficit appetit⁹ ī sumptiōe



vnius cibi q̄ diuersorum qm̄ blādimenta saporis p  
 uocant eū ad plus sumendū q̄ stomacho possit dige  
 rere ppter hoc etiā qm̄ difformitas ferculoz̄ ē tanta  
 q̄ vnū ē facilis reliquū uero difficilis digestionis ne  
 cesse ē ut debita nutritio membroz̄ impediatur qz̄ cuz  
 peius digeratur vnū q̄ aliud ⁊ commisceantur adinui  
 cem aut cum digesto illabitur idigestū. aut si usq̄ ad p  
 fectā digestionem alteris remanserit corrūpetur ueluti  
 si carnes pulloz̄ ⁊ uaccine insimul decoquerentur Acci  
 dit etiā q̄ qm̄ fercula uaria multa sunt numero duo  
 bz̄ modis impeditur pfectio digestionis. p̄rio qz̄ cōel  
 dens ad frequentius potandum inducit frequēs autē  
 potus digestionē impedit. quē admodū frequēter sup̄flū  
 dere aquā olle impedit eius feruorē Secūdo quia inter  
 primū ferculū ⁊ ultimū magnū ē interuallū. ppter qd̄  
 inchoata digestio primi a cruditate supuenientū im  
 peditur que oīa nocumēta uitantur p̄ sumptionē vnius  
 ferculi aut duoz̄ ad pl̄ tamē inter ea non cadit nota  
 bile interuallū ⁊ q̄ non sint ualde difformia quancū  
 ad abilitatem digestionis. Et iō qui paucis uescuntur  
 ad extremam ⁊ mundam pueniūt senectutē. Sui uero  
 student ad multitudinē ciboꝝ incarcerationā uel ante  
 senectutem extingunt. uel eoz̄ senectus itēpestiua e/  
 rit ⁊ ualde immunda sicut in habitationibus septem  
 trionis frequēter occurrit. ⁊ nō solū hora refectionis  
 ⁊ quātitas s̄ etiā q̄litas ciboꝝ dz̄ accēdi sic seꝝ ut illi  
 sumant qui corpori congruunt s̄m exigentiam natu  
 re ipsius ⁊ temporis. ⁊ qui non congruunt euitentur.  
 Vnde qui naturaliter dispositus est ad patiendū flu  
 entes emorroydas ⁊ pulsantes euitare debet acuta.

et falsa nimium et dulcia quecumque constipant de quibus  
infra dicitur.

**De regimine potus.**

**N**unc autem dicitur de regimine potus in gene-  
rali tractare circa quod breuiter natura prebet  
sanis corporibus regulam scilicet ut potest quoniam ipsa  
requirit hoc est quando uera sitis aliquis patitur. Tunc  
autem est uera sitis quando in ore stomachi percipitur estual-  
tio quod nunquam in sanis corporibus nisi sumpto ali-  
quo contingit. Unde cum talis sitis est manifesta sumen-  
dus est potus et sobrie qualis nature corporis et tem-  
pori debet. Est enim in proposito cauendum ne sit unum  
acutum uel igneum aut grossum et dulce. sed in est aere  
album uel roseum. in hyeme subrubrum et in substan-  
tia semper clarum atque subtile cuius sapor sit simplex  
et amabilis et odor suauis. et ex talibus eligantur sem-  
per debiliora que minus tolerare possint aque mixtu-  
ram. Corporibus enim temperatis sanguineis et cole-  
ricis utilius est uinum debile naturaliter cum modico  
aque quam uinosum fractum cum multa aqua. Sic igitur  
in proposito patet quod expedit omnino vitare quecum-  
que uina que conficiuntur gypso uel calce. uel que confer-  
untur in uasis pice linitis et eadem ratione vitandum  
est nectar nisi conficeretur secundum formam inferius  
scriptam. patet etiam ex predictis quod uinum nouum pro-  
fecte clarificatum est in proposito ueteri semper utili-  
us. In siti uero mendosa in qua non est uat orificium  
stomachi scilicet arefcit uel os aut palatum propter pul-  
uerem aut motum aut aeris calorem et siccitatem non  
expedit bibere sed sufficit gargariando uinum bene



limphatum aut aquā partes predictas humefacere & emundare uel si magis placeret succosos fructus masticare & abicere. uel modicum succi deglutire propter gutturis ariditatem erit expediens.

**De quiete & dormitione.**

**P**ost refectionem ordine naturali quiescere conuenit atque dormire. Cibus enim ad hoc recipitur ut digeratur & digestus conuertatur in membrorum substantiā. Digestio uero cibi & maxime in stomacho ubi recipitur cum totalitate sue difformitatis ad membra nequit compleri nisi calor naturalis per quem digestio celebratur quanta possibile est coadunetur circa locum digestionis. Quapropter immoderate non conuenit relictis ambulare sumpto cibo uel uigilare uel laborare. maxime si corpus eorum non abundauerit naturali calore quoniam in motu & labore distrahitur calor ad membra que motu exercent. similiter in uigilantibus dato quod non moueant columnas pedum & manuum nihilominus ad organa sensuum ut auditus & uisus & ad ipsum cerebrum ubi meditationis operatio exercetur calor naturalis distrahi quam sine ipso nulla uite opera possunt in corpore perfici. Sive omnia recte considerantes philosophi dixerunt concorditer quod potior hora maioris refectionis ad obseruandum sanitatem est uespertina. propterea quia nox refectioni succedit. Et qua multa bona proueniunt necessaria digestionis perficienda. Primum est frigiditas aeris etenim in aere frigido fortior est digestio quam in calido quam per frigiditatem aeris coadunatur calor naturalis in cubitu corporis & per calorem ipsius aeris disgregatur usus exteriora

propter quod ut plurimum comedunt amplius i fri-  
gidis habitacionibus in byeme. Secundum est tran-  
quillitas mentis ⁊ corporis quomā de nocte cessant  
meditationes ⁊ occupationes diurne. Tercium est somn⁹  
quiet⁹. nā sub silentio noctis nec strepitu ⁊ clamorib⁹  
incerrūpit nec occupationib⁹ ipedit⁹ nec luce feriente o-  
culos breuiat⁹. Ergo qui moderate reficit⁹ sumpto ci-  
bo sedeat ⁊ quiescat tam mēte q̄ corpore. sedēdo au-  
diat non amara nec subtilia s̄ placida q̄ fuerit fact⁹  
intellectus ut sunt regum ⁊ sanctorum historie ⁊ mul-  
tice melodie. Cum autē somn⁹ aduenerit. p̄cip⁹ dormi-  
at sed de die maxime in estate dormiat⁹ in loco frigi-  
diori ⁊ obscuriori ⁊ maxie trāquillo dū tñ nō sit reu-  
matus. Pedes quoq; discalcient⁹ ⁊ cooperiant⁹ nam  
dormire calciatis pedibus ⁊ tibi⁹ maxime i estate su-  
mos reflectit ⁊ corpus estuare facit ⁊ inquietari pp̄-  
ter quod impedit⁹ digestio. visus obscurat⁹ ⁊ mens e-  
betat⁹. cooperiendi uero sunt ne nimium infrigident⁹  
⁊ similiter caput in somno plusq̄ in uigiliis cooperi-  
endum. nam cum calor naturalis in eo coadunet⁹ cir-  
ca mediam corporis regionem. extrema remanent mo-  
dico calore munita. Et ideo tunc facilius potest a fri-  
gore ledi maxime si aer frigidus quasi per canalem ⁊  
pulsus a uentis penetrat membra. Cauendū est etiā  
ne indirecto capitis fenestra uel spiraculum sic aper-  
ta. Sui uero sani sunt corpore debent in primo som-  
no super dextrum lat⁹ dormire ut epar qd̄ circa cor-  
pus abūdat naturali calore subiaceat stōacho tanq̄  
ignis supposit⁹ lebeti. Cū ac fuerit p̄m⁹ somn⁹ explet⁹



nō ē necessāriū his qui temperate reficiunt aplis dor/  
 mire. ¶ Sed si qñ plus debito sumeret aut aliquid qđ  
 eet graue ad digerendum tñc dormiēs non excitaret a  
 primo somno propter perfectionem digestionis sed  
 propter stimulum superfluitatis aggregate in mēbris  
 sicut vrine in uesica uel fumorum in lacertis uel screa/  
 tus in pectore aut similia. quibus expulsis urinan/  
 do uel tussiendo uel membra tendendo adhuc expedi  
 ens erit ad somnum redire quod perpendet ex pōde  
 ro sitate capitis ⁊ grauedine palpebrarum. Et tunc ne  
 fumis conclusis epar supercalescat conuenit iacere su/  
 per lacus sinistrum nam cibo fere digesto multo mi/  
 nor calor sufficit ad perficiendum digestiōē qđ cru/  
 do. Supinus autem nuncq̄ debet sanus dormire ne su  
 perfluitates que fluunt ad palatum ⁊ nares refluant  
 ad cerebrum ⁊ subiungant memoriā. Sed excitatus  
 potest expandidari supinus ⁊ parum quietescere ad mē  
 brorum equationem ⁊ maxime iuncturanū spinaliuz  
 Similiter sanis ⁊ stomachū habentib9 calidum ⁊ tem  
 peratum nō expedit supra uenerē dormire ppter cer  
 uicis contortionem ⁊ stomachi compressionem. Illis  
 quibus propter stomachi frigiditatem necessārium p̄  
 cipit ut super mollissima puluina uentrez collocēt  
 ⁊ ingement quantum minus poterunt collum torque  
 re licet melius esset uentri cervical mollissimum ⁊ cali/  
 dum applicare ac brachus amplecti uel cum laca fas  
 cia lini superfirmare ut in sōpno adhereat. ¶ Si au  
 tem his qui moderate reficiuntur non expedit sump  
 to cibo deambulare. Sic immoderate reffectis erit ex  
 pediens priusq̄ dormiant deambulare suauiter ⁊

diu quousq; depressum fuerit pondus orificii stoma-  
chi. Et cum oīs refect9 debeat in somno tenere caput  
7 pectus ceteris partibus altiora. magis tamen hoc  
expedit imoderate repletis ne regurgitatione cibi gra-  
uet orificiū stomachi. 7 per osequēscaput 7 membra  
spūalia. Somno itaq; opleto studendū ē diligenter e-  
mundare corpus a superfluitatib9 multiplicatis ī eo  
non solū per secessum aut urinādo s; ēt per alias par-  
tes ut tussiendo 7 screādo; 7 nares mungendo. caput  
pectinando. 7 faciem 7 mentū aqua tepida lauādo.  
Coitus etiā qui ad nature commodum ordinat' exer-  
ceri debet expleto somno 7 corpore temperato. His  
autem quorum iuncture sunt debiles aut quos emor-  
royde sepe uexāt siue fluētes fuerit siue surde cauēdū  
est diligēter ne famelici coeant. uel immediate post re-  
pletionem 7 maxime si stimulis uoluntarius excitaret'  
ad hoc studiose natura semper enī spectāda ē ut ipa  
spōte requirat 7 ex debitis interuallis ut natura pos-  
sit effundere semen absq; pūssolutione corporis 7 cor-  
mento uiolentus enī coit9 ē a cunctis hominib9 cū ter-  
rore uitand9. qm̄ omnes uires corporis amputat 7 ī  
extremam precipitat senectutem.

### **De ira 7 tristitia.**

**S**upradictis igit' per ordinem obseruatis sci-  
re conuenit insuper q; accidentia corp9 effica-  
citer mutant seu alterant. 7 in operibus mētis  
faciūt manifestā ipressiōē. 7 id que nociua sunt dñe  
studiose uitari 7 specialiter ira 7 tristitia quoniā ira



supercalēfacit omnia membra ⁊ propter feruorē cor/  
dis omnes actus rationis confundit. Et ideo cauende  
sunt eius occasiones nisi quantum ex precepto ratio/  
nis aduersus illata concitat. Tristitia uero corpus in  
frigidat ⁊ exsiccāt ⁊ propterea maxime exterminatio  
nem inducit quia cor constringit ⁊ spiritū obtenebrat  
⁊ ingrossat ingenium ebetat apprehensionem impedit  
iudicium obscurat ⁊ obtundit memoriam. Et id uita  
da sunt eius obiecta nisi quantum ratio persuaserit ad  
detestationem uiciorum ⁊ mentis pulchritudinē refor  
mandam. Sui uero multis curis ⁊ sollicitudinibus dis  
trahunt ⁊ crebro pungunt gaudio sepe uacare debēt  
⁊ honestis solacijs ut animus refloreat ⁊ spūs recre/  
entur.

**De nutrimentis scz cibis ⁊ potibus**

**D**ist generalia conuenit specialiter loqui de nu  
trimentis ⁊ remedijs contra lapsū ⁊ intermittitū  
Primo de cibis. Secundo de potibus. Sed  
quia ciborum quidam sumuntur in alimentum qui  
dam uero in sapore ⁊ condimentum. Ideo prius erit  
sermo de alimentis. Quaedam enim sumuntur ex terrenis  
nascuntur quedam uero ex animalibus. Et licet anima  
lia dignitate priora sint plantis tamen quia materia  
sunt animalium in eo quod nutriuntur ex eis. ideo terre/  
nascuntur priora sunt animalibus per naturam ⁊ ratio  
nem nutritionis. Ex terre uero nascuntur assumun/  
tur in alimentum quinq; per ordinē. scilicet. Primo grana  
panifica ut frumentum ordeum ⁊ siligo milium que/  
na panicum ⁊ trisi. Secundo legumina. Tercio fru  
ctus. Quarto folia scilicet olerum et herbarum.

Quinto radices ut sunt porri ⁊ cepe ⁊ cetera q̄ sub ter  
ra suscipiunt incrementum. Frumentum autē coctuz fre  
quentari non debet quoniam lumbricos multiplicat  
⁊ opilaciones generat ⁊ disponit ad calculum in reni  
bus ⁊ uesica. Et similiter pulres de farina frumēti ⁊ q̄  
quid sit de pasta frixa uel elixa. Et idem est iudiciuz  
de tritico quod vulgariter dicitur alatera ⁊ amido li  
cet sit leuius ceteris temperato tamen corpori non ex  
pedit istis uti. Et si forte diebus ieiuniorum interdū  
placuerit sumere condiant̄ cum multo lacte amigda  
lorum ⁊ prius forte coquantur. Simula uero omni  
bus predictis minus est nociua. Et adhuc minus co  
latur a furfuribz que si prius cuz multa decoquat̄ aq̄  
deinde cum lacte amigdalorum erit in diebus ieiuni  
orum paratis atq; colericis cibus leuissimus ⁊ utilis  
Utilius tamen erit ferculum ex ordeo factum munda  
to prius cocto usq; ad rupturam Deinde loto cum a  
qua frigida postmodum pistato ⁊ cocto cum multo  
lacte amigdalorum usq; ad mediocrem densitatem.  
Talis cibus est ualde conueniens patientibus emor  
roydas pulsantes. Et simili modo debet fieri fercu  
lum ex auena mundata si magis placuerit licet sit mi  
nus utile q̄ predictum ferculum autē ex risi si fiat cū  
multo lacte amigdalorum semper est utile corporibz  
temperatis ad uitandum tamen constipationē ulci  
mo debet sumi. Etiam in omnibus est cauendum ne  
uetustate corrupta sint. uel appropinquent corruptio  
ni ⁊ ideo farina ⁊ furfur ⁊ simula ⁊ triticum que plus  
q̄ sex mensibus fuerint reseruata uitari debent a



corporibus temporatis atq̄ colericis. Et ambidum si plusq̄. xii. menses habuerit ⁊ nisi si plus octo mensib⁹ fuerit extra corticem reseruatum ⁊ maxime in regionibus calidis. Generaliter uero tenendum est q̄ si predicta omnia fumosi odoris percipiunt uel acuti saporis aut terrei semper sunt euitanda.

**De pane.**

**P**anis autem semper debet esse mediocriter fermentatus ⁊ parum salsus ⁊ nequaq̄ farina tributus ⁊ ad uitandum ostipationē prodesset ut sextam uel septimā partē surfuris contineat. Cauē dum tamen est ne sumat̄ calidus aut induratus. Si uero necessitas urgeret aliquando uesci bis cocto sumatur a principio remollitum in pingui brodio siue fuerit pinguedo carniū siue fuerit dulcis olei oliuarum aut amigdalorum ⁊ in diebus carniū frustra lardi baconis cum eo sumantur uel aliqua uentrem humectātia seu mollificantia de quibus infra dicitur.

**De leguminibus.**

**L**egumina autē nuncq̄ congruunt temperatis corporibus q̄dū manent in sanitate propterea conuenit in proposito ut eorum substantia uitet̄ ⁊ maxime siccorum. Sed si de recentibus aliquando placuerit sumere gratia nouitatis expediat ut coquat̄ cum zinzibere ⁊ croco ⁊ in fine condiant̄ cum lacte amigdalorum nisi cum pinguib⁹ carniib⁹ coquerent̄. quia tunc non oportet addere lac amigdalorū

**E**t inter cetera legumina minus sunt nociua sanis cor-  
poribus pisa rotunda ⁊ cicera ⁊ fabe. Et istoruz etiā  
crium minus nociua sunt pisa rotunda ⁊ alba. Genel-  
raliter autem quodocūq; legumina sicca sine carbol-  
nibus preparantur debet cepe rotundum ⁊ album cō-  
minutū fricari cum multo ⁊ dulci oleo ⁊ eis adiungi  
⁊ ultimo lac amigdaloz ⁊ hoc est maxime necessariū  
si faba debeat comedi ⁊ precipue si fuerit de faba fra-  
cta. Legumina uero que cum lacte animalū pparantur  
omnino uitanda sunt in proposito s; in q̄dragesima  
quādo diuturnus est opilantium usus alimentoruz ut  
pisum ⁊ palentarum utile est ad conseruationem sa-  
nitatis in principio refectionis interdum sumere pul-  
retam cicerum aut pisorum. Et hec est illa aqua quaz  
sapientes comedunt s; ut pisa uel cicera in aqua dul-  
ci remolliantur per noctem ⁊ in eadem aqua sequenti  
die bulliantur duabus aut tribus feruoribus ⁊ tunc  
colentur ⁊ colatura referuet ⁊ appropinquante hora  
refectionis addatur ei parum uini albi ⁊ modicū de  
pulnere spicenardi ⁊ croco ⁊ sale in moderata quanti-  
tate deinde unico feruore bulliantur ⁊ propinēt̄ i pri-  
cipio refectionis uel ad pacandum uel si magis pla-  
cuerit fiant offe-tale nanq; brodium mundificat uel-  
nas capillares epatis ⁊ uias urinales. ⁊ ideo prefer-  
uat acalculo in uesica ⁊ in renibus precipue si pisa uel  
cicera remolliantur ⁊ coquantur in aqua predicta cū  
petrosilino. Vulgares autem nimis decipiuntur i eo  
q; credunt hanc utilitatem ineffē brodio cicerum re-  
molitorum in luxurio nam tota substantia subtilis ⁊  
apertua per primam remolitionem separat̄ exinde



## De usu fructuum.

**U**sus fructuum tpatō corpori non ɔgruit in uia tibi s; poti9 medicine uidelic; ad p̄seruā dum ip̄m ab aliquo accidente nociuo qđ ex ɔcurrentib9 p̄t timeri. Et iō moderate 7 ordinate conuenit ut eis utat̄. cōsiderata semper utilitate q̄ sperat̄ acquiri p̄ sumptionē ip̄oz. nō enī ad uolūtātē sumē di sunt sed ad euidētē utilitatē. Nā uti fructib9 ad uoluntatē ɔseruationē impedit sanitatis. Est igit̄ ad uertendū qđ corpora que fructib9 nō utunt̄ p̄ alimēto debent in qualibet parte anni considerare qualia possint accūtia nociua icurrere p̄ ex q̄litatib9 aeris p̄ ex nutrimentis illi9 temporis 7 s̄m hoc fructib9 magis uti congruit ad obuiandum accidentibus illis meliori modo. Quoniam igit̄ in estate sanguis feruore aeris inflammat̄ in ipsa uero 7 autumno siccitate acuitur. Ideo tunc expedit ad temperandum sanguinem uti frigidis 7 humidis fructibus. Similiter qñ estiuo feruore membra rarificant̄ 7 facilius ab eisde; exalāt calores naturales 7 spūs. Ideo tunc expedit uti fructibus constringentibus poros quales sunt stiptici. si militer tunc competit usus acetorum ad frangendum coleraz acūmē. Siccitas etiā t̄pis q̄ uentrē constipat sepe requirit frequenter estate 7 autumno usum ip̄orū. Et similiter quoq; profunt ad somnum prouocandū ubi a siccitate temporis impedit̄. uel ad sitim compescendam uel ad estuacionem cordis 7 epatis 7 orificii stomachi mitigandum. Quibus omnibus diligenter consideratis facile quisq; poterit estate 7 autumno u sum fructuum moderare ad regimen sanitatis

Quicumq; ad conseruationem sanitatis intendit debz  
hanc regulā generaliter obseruare scz q; nunq; vtatur  
fructibus tam coctis q; crudis donec in arbore fue-  
rint consecuti perfectam maturitatē exceptis morisq;  
bus utendum nō ē postq; ex perfecta maturitate ni-  
grescunt. quoniam sunt cibus aramarum ⁊ sanguinez  
inscunt ac putredini preparant ⁊ bubones ⁊ carbū-  
culos ⁊ antrates multiplicant. Et ideo in regionibus  
calidis anno quo talium mororum copiosus est vsq;  
epidemia regnat nisi per fluxum uentris impediatur  
Secunda uero regula ē q; abstinendum est a fructibus  
quandocunq; multiplicant in eis uermes aut interius  
tabescunt quod in vulgari cathalano; dicit endecar  
⁊ cognoscit per hoc quia fructus exterius non est na-  
turaliter coloratus nec habet naturalem medullam.  
Tales enim fructus generant cōtinuas febres nisi for-  
te superfluitates eorum per fluxum uentris aut forte  
laborem ⁊ copiosos sudores a corpore resoluantur.  
Tercia uero regula precipit ne fructus diuersi suman-  
tur simul quantumcunq; sint in naturis uel effectibus  
propinqui. uerbi gratia si debuerit praua sumi ad uē-  
trem mollificandum non expedie cum eiscerafa sume-  
re simul. sed sufficit ut hec uel illa sumant in principio  
refectionis. Similiter quoq; tempore quo ficus ⁊ u-  
ue reperunt non expedie ut simul sumant licet utraq;  
⁊ maxime ficus. Subus ad hoc ut efficaciter molli-  
cent debet brodium superbibi uel alius liquor. Sed  
hñcibus epar ⁊ stomachuz calidū ⁊ cunctis coleriacis



quales sunt habitatores affrice ⁊ libie. cui⁹ est aquā  
 frigidam superbibere. Ceteris autem uinum limpha/  
 tum. Si uero debuerit uia sumi propter uentris solu/  
 tionem. cauendum erit ne sumat in mensa sed lōge an/  
 te. maxime si fuerit recens. quoniam non solum gene/  
 rat uentositatem sed etiam facit bullitionem. Et ideo  
 subuertit cibum ⁊ perturbat digestionē. Et uis sum/  
 ptis nullo modo uinum superbibat sed brodiuz tm̄  
 uel aqua frigida. Si tamen in mēsa debuerint uie su/  
 mi conuenit ut multis diebus post collectionem fue/  
 rint referuate uel cum aqua feruenci superfundāt pri/  
 mo ⁊ secundo cum aqua frigida. Idem quoq; de psi/  
 cis ⁊ antepersicis comparatis ficibus ⁊ uis dz intel/  
 ligi. nam persica sumuntur interdum in p̄cipio p̄a/  
 di ad uentris solutionem ab his maxime quorum el/  
 par calidum est ⁊ siccum sed non expedit ut tūc ficus  
 sumantur ⁊ multo minus uie. sed sufficit ut anteper/  
 sica uel persica tantum sumant ⁊ maxime duratiua q̄  
 maiori abundant aquositate. Et econuerso uero in  
 his quorum uiscera frigida sunt ⁊ humida quia plus  
 eis molliora competunt ⁊ si predicta necessitate cogā/  
 tur aliquando duratiua sumere prius remolliant ī uī/  
 no puro maxime si fuerint ip̄o die collecta. nam que  
 post collectionem soli biduo uel triduo exponuntur  
 sapidius ⁊ salubrius tunc sumunt. Si tamen habētes  
 uiscera calida deberent sumere ficus in notabili quan/  
 titate tunc expedit eis premittere persica uel anteper/  
 sica ficibus uel poma bene matura ⁊ aromatica cru/  
 da estate ⁊ cocta in hyeme uel saltem elegāt ficus mu/  
 zas scilicet quarum sapor participat manifestam

acredinem per naturam. Electissime namque sunt ficus  
quarum rubea est medulla et sapor mizus et tales con-  
petunt maxime iuuenibus et quorum est complexio ca-  
lida uel temperata. Predicta uero regula similiter lo-  
cum habet in fructibus qui sumuntur ad mitigandum  
feruorem sanguinis ut sunt cucumeres et melones uel  
citrulli uel ad frangendum acumen ualoris ut sunt al-  
cetosi fructus. Nam cucumeres melones uel citrullus  
simul non conuenit sumere et si in mensa sumantur pa-  
rum debet sumi et eis. Et in cucumeribus sola medul-  
la. Et ante cibum iuuenibus dico et habentibus uisce-  
ra calida ueruntamen estiuis temporibus non incon-  
grue sumuntur ab eis in fine cene ut diafragmati et supe-  
rioribus membris estuantibus propter precedentis diei  
feruorem et ariditatem efficacius mitigium prebeatur  
maxime cum somnus debeat subsequi et ex hinc par-  
ratio propter quam persica et malagranata dulcia plus  
conferunt sumpta in fine cene cum moderamine quam in  
principio. licet sint fructus aquosi nam ariditatem et  
estuacionem superiorum partium efficaciter mitigant  
et suauem procurant somnum. In his etiam qui acu-  
tis et crudis uescuntur in cena ut assaturis obtundunt  
fumoris acumen. Tamen si longe ante cenam sumeret  
medulla cucumeris aut melonis ad mitigandum san-  
guinis feruorem utilius esset. In fine uero cene suman-  
tur persica uel malagranata uel poma electa cruda uel  
assata et infrigidata cum modico panis. Acetosi quo-  
que fructus qui sumuntur ad coleram obtundendam et  
excitandum appetitum longe ante prandium sumi debent



ut malagranata vel in principio sicut cerasa tantum  
 aut mora imperfecte matura. Sine tamē in principio  
 siue longe ante nihil superbibendum est nisi forsitan  
 timeret in his qui longe ante sumunt q̄ eorum aceto-  
 sitas offenderet guttur ⁊ orificiū stomachi uel spūa/  
 lia tunc enim expedit parum brodi uel uini bene lim-  
 p̄bati aut zucaram puram immediate post sumere. et  
 ideo tales si sumpserint in ieiunio acetositatem mala-  
 granati aut citranguli uel limonis debent cum suca/  
 ro sumere. ¶ Predicta similiter regula tenet in fructibz  
 quibus qui comprimunt uel constringunt quia multi  
 simul non debent sumi. Et ideo sumptis sarmeneis n̄  
 debent pira sumi ⁊ sumptis piris est abstinendum a  
 coctanis ⁊ sumptis coctanis respuenda sunt sorba ⁊  
 mespula ⁊ reuerso. Sed circa fructus comprimen-  
 tes multe occurrunt diuersitates. nam quidam cōpri-  
 munt sola grossicie atq; grauitate substantie sicut a/  
 uellane crude. Suidam uero comprimunt quia potē-  
 tiam habent constringendi ⁊ istorum comprimentiuꝝ  
 quedam sunt que debiliter constringunt ⁊ uocantur  
 stiptica ⁊ sarmenea ⁊ pira. quedaz uero fortiter ut co-  
 ctana sorba ⁊ huiusmodi pontica nominant. ¶ Item  
 istorum omnium quedam sunt aromatica quedā nō  
 ⁊ quedam dulcia ⁊ quedam non dulcia. De cōprimen-  
 tibus ergo datur regula generalis q̄ si sola grauitate  
 compresserint ⁊ nullam habeant potentiam constrin-  
 gendi uel aggregandi partes membri cui obuiāt. nec  
 aromaticitatem aut dulcedinem nullo modo sumi de-  
 bent. maxime a corporibus temperatis. ⁊ iō auellane

recentes viuande sunt. licet possint cibum sumptū cō/  
primere quia nec dulcedinem habent que placeat ori  
stomachi nec aromaticitatem qua confortent ⁊ foue  
ant spūm eius nec stipticitatem aut potentiam q̄ cor  
roborent aggregando partes ipsius. Et ideo genera  
liter sunt nocine ori stomachi q̄ sua grauitate ⁊ fri/  
giditate percutiunt nullum conferendo iunamen. Sic  
te uero minus frigide sunt. ⁊ ideo minus nocent Et si  
aliquantulum torreant minus nocebunt ⁊ acquirunt  
stipticitatem atq̄ dulcedinem per quam possunt p/  
desse. Sicut ⁊ castanee quando assant. nā stipticitas  
⁊ dulcedo uigorant in eis. Et ideo sumpte post cibū  
comprimunt ipsum orificium stomachi confortādo  
maxime si in uino aromatico calide immergant. De  
constringentibus autem dant regule plures. Et pria  
est q̄ si sumant ante cibum constipant. si uero post ci  
bum laxant. nam quando precedunt cibum constrin/  
gunt partes inferiores quibus obuiant ⁊ feces ciboꝝ  
per meatus constrictos difficilius expelluntur. Quā  
do uero sequuntur cibum quia constringunt meatum  
super feces exprimunt eas per partem inferiorem.  
Secunda regula est q̄ constringentia pontica nunq̄  
sumenda sunt cruda nisi fuerint condita uel per diu/  
turnam moram ponticitatem amiserint. Omnia enim  
pontica ledunt immediate panniculos pectoris. Et  
ideo coctana debent priusq̄ sumant in pingui bro/  
dio carnum decoqui. uel in pastillis cum carnibus  
aut si magis placerent assari sub prunis aut in furno  
quod est melius. uel coquantur in uino puro sed assa



uel in uino puro cocta fortius stringunt q̄ que cū p̄  
 guedine carnum coquunt. Sorba uero ⁊ mespula q̄  
 raro maturefcunt in arbore per diuurnam morā p̄  
 collectionem amittunt ponticitatem. Et ideo tunc si  
 predicta necessitas urgeat ut sumant uel ipsa mespu-  
 la que carent notabili amaritudine possunt affari v̄  
 coquant cum mero. Illi uero fructus pontici qui cō-  
 diunt per condimentum amittunt nociuam pontici-  
 tatem sicut nuces que cum cortice condiuntur ⁊ oliue  
 insulso. ⁊ ideo hec moderate stringunt plus tamen o-  
 liue q̄ nuces. quoniam condiuntur absq; melle uel zu-  
 chara ⁊ ideo parcius debent sumi. quoniam lederent  
 spiritalia. Tercia regula est q̄ constringentia succo-  
 sa ut pira magis congruunt siccis temporibus ut esta-  
 te ⁊ autumno q̄ hyeme. Succo uero carencia ⁊ maxi-  
 me si fuerint dulcia hyeme ⁊ uere plus competūt sicut  
 castanee ⁊ dactili. Omnes enim dactili habent aliquā  
 stipticitatem sed manifestior est in dactilis insulari-  
 bus ⁊ affricis q̄ alexandrinis. Et hyeme ⁊ uere si ne-  
 cessitas urgeat uti fructibus ad laxandum uentrē cō-  
 uenienter sumūtur post cibū sicut uue passē cum suis  
 granis dum tamen nihil superbibat ⁊ efficacius ven-  
 ter mollificat si ficus sicce sumantur in principio abs-  
 q; pane. ¶ In fine uero uel dactili uel oliue ⁊ post o-  
 liuas poterunt absq; potu sumi aliquē uue passē.  
 Sed si fructus succosi magis placerent illis tempori-  
 bus vitari debēt magis nociui sicut sunt uue bruma-  
 les que ualde nocent intestinis remibus ⁊ uesice. Unde  
 si sumere placuerit in principio refectionis uentris

mollificatiua succosa melius est ut pomum aromati-  
cum assum et frigidatum sumat uel coctum in uino.  
aut uue uineales maxime albe et abiciant cortex et gra-  
na. Si uero necessitas urgeret sumere brumales imer-  
gant prius in aqua feruenti deinde superfundantur  
cum frigida et parum inde sumantur. Si uero ostrin-  
gentia uel comprimentia succosa in fine placuerit su-  
mere sicut pira sumantur cum caseo ueteri electo et assen-  
tur et in uino ponantur. **C**aveant tamen ab eis qui fre-  
quenter patiuntur torsiones aut iuncturarum dolo-  
res. **U**ltima uero consideratio que de fructibus est ha-  
benda pertinet ad fructus oleaginosos ut sunt amig-  
dala auellane nuces pinee fistici de quibus due regule  
dantur. **E**t prima est de crudis. **S**ecunda de coctis.  
**D**e crudis quidem sciendum est quod omnes offendunt  
stomachum. sed amigdale et nuces et fistici minus of-  
fendunt in sua recentia et teneritate. **A**uellane uero et pi-  
nee tunc plusquam sunt mediocriter exsiccate. **U**nde cor-  
poribus temperatis et quorum complexio ad calidi-  
tatem declinat non expedit his fructibus crudis uti.  
**A**migdale namque recentes et tenere possunt aliquantulum  
estuationem stomachi temperare. **S**icce uero et remol-  
lite non prosunt nisi ad prohibendum ascensum ual-  
poris uini ad caput. **N**uces autem tenere et indurate  
non solum stomachum sed caput et uisum offendunt  
et solum a uenenositate piscium tuentur. quia multum  
nocere possunt sed parum prodesse. **A**uellane pa-  
rum epar confortant sua proprietate sed stomacho  
nocent et capiti. **P**inee uero inter cetera grana



plus stomacho inimicantur sed profunt palicitis habentibus sereant fumosum in pectore. Fistici nero efficaciter profunt epati frigido et stomachum ceteris minus offendunt sed capiti nocent. ¶ Si uero predicti fructus condiantur cum melle uel zucharo sicut pinealium uel nucatum stomacho quidem minus nocebunt predictis tamen corporibus non expedit eis uti precipue cum magis ad uoluntatem condiantur quam ad utilitatem.

### De oleribus.

**N**unc sub oleribus comprehenduntur largo nomine quoque nascuntur super terram ex quibus coquina seu ferculum preparatur. siue sint herbe ut caules et spinargia et similia siue fructus herbarum ut cucurbita et melongene que vulgariter alberghine nominantur. De oleribus uero breuiter est sciendum quod nunquam expedit corpori temperato quod cruda sumantur exceptis lactucis et porculacis temporibus ferendis ad compescendum sanguinis feruorem et estuacionem in stomacho et in epate. ita quod ante cibum cum modico limphato aceto sumantur. Amare tamen lactuce sunt omnino uitande a corporibus temperatis. et quorum complexio ad caliditatem declinat. Fercula uero possunt ex his omnibus fieri exceptis melongenens quarum usus nullo modo prodest illis. sed in ceteris cadit distinctio. Nam borago et buglossa domestica propter sui temperamentum omni tempore congruunt maxime quibus uenter est stupicus.

quibus ad tollēdū asperitatem possunt adiungi sem-  
per spinargia uel blici tenerrimi ⁊ non rubei ⁊ in estate  
lactuce uel etiam atriplices aut blete. In hyeme uero  
cressones aut petrosilinū ⁊ pauca folia mente uel ocu-  
li caulium alborum. Spinargia uero ⁊ blici supradic-  
ti qui uicinant temperamento possunt mixtim uel se-  
paratim sumi qualibet parte anni ⁊ cetera que tēpo-  
ri congruunt adiungi. Estati enī obruunt lactuce dul-  
ces ⁊ portulace blete atriplices ⁊ cucurbitē. Hyeme ue-  
ro cressones ⁊ urtica tenera ⁊ petrosilinum ⁊ caules ru-  
bei aut crispī ⁊ uirides. Albi uero quorum casta ē la-  
ta ⁊ folium leue maxime si creuerint in solo irriguo et  
umbroso ut. liter sumunt interdum estate ⁊ autumno  
abiectis magnis ⁊ extremis foliis ⁊ oculis prepara-  
tis. In uere autem teneritates speragorū possunt ad-  
iungi uel per se preparari postq̄ fuerint prebullite.  
In usu tamen predictorū tria conuenit obseruare.  
Primum est ut cum spicata fuerint respuantur. Secū-  
dum est ne cum lacte animalium condiant. quoniam  
nimia fumositate lederent corpora supradicta sc̄z tēl-  
perata uel calida sed cum brodio carnum maxie gal-  
linarum aut cum lacte amigdalorum uel oleo dulci ⁊  
maxime recenti. In cucurbitis uero specialiter conuel-  
nit obseruare ut pro lacte animalium lac ponatur al-  
migdalorum ne renibus noceant ⁊ uesice. Similiter  
quoq̄ ne noceant intestinis. conuenit eis aliquas cel-  
pas albas ⁊ rotundas adiungere. sed ut non obfint  
stomacho debent eis adiungi oculi caulium uel ī scu-  
tella conspergi cum cinamomo. Tertium est q̄ an-  
te omnia fercula debent sumi. Exceptis



caulibus que p̄nt ultimo sumi propter stipticitatem  
quā h̄nt ⁊ maxime cr̄spi ⁊ uirides siue rubei Si tamē  
sumeret̄ t̄m̄ eoz brodiū cōuenit ut primo sumat̄ pp̄  
ter uim quam habet apertiuam ut brodium cicez̄ su  
pradictum. nā pp̄ter eoz repugnantā uexat̄ stoma  
chus ⁊ impedit̄ digestio si sumant̄ s̄l̄ sc̄z̄ substantia  
cicerum ⁊ predictorum caulium ⁊ brodiū ipoz̄ Quā  
obrem expedit ad utendum hoc icōueniēs. q̄ aut p̄  
bulliant̄ ⁊ postmodū coquant̄ cū p̄dictis aut feruen  
ti aqua diu superfundatur aut q̄ coquant̄ usq̄ ad dē  
sitate ad hoc ut brodiū resoluat̄ uel q̄ brodiū i prin  
cipio sumat̄ ⁊ in fine substantia.

### **De radicibus.**

**R**adices quibus cōmuniter utimur sunt porri  
cepe ⁊ allia ⁊ rasanus napi ⁊ rape pastinate  
⁊ cberine. Et a primis quatuor debent om̄  
nia corpora temperata ⁊ calida penitus abstinere ma  
xime si fuerint calores. sed in algoribus hyemis pos  
sunt interdum fieri fercula ex porris aut cepis. Dat̄  
entibus tamen fluentes emorroydes ⁊ pulsantes con  
uenit semper uitare porros allia rasanum cepas lon  
gas que vulgariter dicuntur scalumne. Et similiter ro  
tundas si fuerint rubee sed si fuerint albe potest ex ei  
is prebullitis fieri cepulatum cum carnibus aut dul  
ci oleo ⁊ siue sic siue non debet eis lac amigdalorum  
semper adiungi. Et q̄z̄ tale ferculū uentrē mollificat d̄  
bet ergo ante oīa fercula sumi Rape quoq̄ dulces et  
napi tenerrimi si cum carnibz̄ coquāt̄ ⁊ melle ⁊ pipē

7 cinamo congruunt predictis corporibus. Et etiam  
dato q nullo sapore cōdiant. si tñ placuerit sufficit  
ut coquant cum gariofilis conuassatis uel cum zin  
zibere 7 croco 7 cinamomo uentrem etiã mollificant 7  
uias urinales mundificant 7 visui profunt. Pastina/  
te quoq si fuerint albe poterunt assari uel cum carni  
bus aliquãdo sumi quoniam eadẽ iuuamenta uentri  
7 uis urinalibus conferunt sed expedit ut p̄dicte ra  
dices primo sumant. Cberinie uero possunt a predic  
tis in byeme 7 uere sumi si moderate assentur tamẽ si  
caput 7 pulmonem uel pectus reumati sinus uexaret  
non sumerent quoniã nocent humido pulmone 7 cal  
piti.

### De carnibus

**A**limenta que sumunt ex animalibus aut su  
muntur ex eorum substantia ut ex membris l  
ex humiditatibus eorundem sicut ex lacte et  
ouis. Animalia uero uel gressibilia sunt ut quadrupe  
des 7 aues uel natabilia ut pisces. gressibilia uero uel  
domestica sunt uel siluestria Et tam de his q̄ de illis  
semper ea sumenda sunt in alimentum que uiciniora  
sunt temperamento uel que magis congruunt quali  
tatibus temporis. Vnde gallina que parere incipit 7  
capo sex uel octo mensum ad plus. 7 cuniculus qua  
tuor uel sex mensum. 7 capriolus decem uel duodeci  
dummodo in suo genere sint mediocriter pingua pos  
sunt couenienter sumi qualibet parte anni. 7 similiter  
cōgruunt omni tempore corporibus temperatis aut  
calidis carnes eduli lactantis aut uituli si possint ha  
beri quibz pte ani. s; porci 7 porcelli p̄p̄gruunt estati



7 autumnno. Pulli quoq; pardicum eodez tempore cō  
 gruunt. sed quia solum in autumnno reperiuntur sicut  
 etiam 7 iuuenes coturnices 7 turtures q; ideo tunc ma  
 gis congruunt sicut pulli etiam columbini. Sed galli  
 ne ueteres 7 agiones 7 grues ueteres pauones 7 pardi  
 ces cuniculi annales 7 lepores. anseres 7 carnes biden  
 tis arietis castrati 7 auicule que capiunt i breto 7 pa  
 lumbi sexelli turdones 7 gallina cuncta magis cōgru  
 unt hyemi. ¶ Et similiter carnes salse 7 quecunq; sunt  
 dure digestionis vaccae 7 apri. Sed que de facili di  
 gerunt propter laxitatem 7 raritatem 7 tamē sunt fri  
 gide 7 sicce complexionis ut carnes cerui capreoli quo  
 cunq; tempore possunt sumi dummodo fuerint ania  
 lis bone habitudinis. Anates uero 7 fulce magis au  
 tumno conueniūt. Sed corporibus temperatis nūq;  
 expedit anacibus uti uel fulcis. His etiam quosemor  
 royde crebro uexant 7 maxime pulsantes expedit ut  
 diligenter euitent grues 7 agiones 7 aseres ueteres pa  
 uones turdos merulas sturnellos turtures turdones  
 7 coturnices. His tamen corporibus maior vis faci  
 enda est in artificio preparadi carnes pdictas. Dñe e  
 nī galline p; occasionē euiscerari 7 suspendi a mane us  
 q; ad cenā p; ecōuerso priusq; coquant. Pardices autē  
 ueteres 7 cuniculi debent ad minus p; diē naturalē p;  
 occasionem seruari. Grues uero 7 fasiam bīduo i esta  
 te 7 in hyeme triduo. ¶ Sauo quoq; oī t; p; edz seruari  
 pus occasionem diebus duob; 7 si pl; q; annū habue  
 rit dieb; trib; ad min; ēt dñe frequētare elixas p; coc  
 tas in pastillis q; assas frixas uero debent omnino  
 vitare. Sifr 7 cuniculos assos 7 auiculas q; capiūt in

breto uel similes affas ⁊ in estate mutonem assum ⁊ o-  
nis affatura sumatur in fine preter affaturam porci ⁊  
eduli. Porcellus etiam affus uitandus est semper. sed  
de condito insulso tempore estiuo potest aliquando  
sumi. Est etiam obseruanduz in ouum affatura ⁊ spe-  
cialiter in pardicibus ne marcescant. nam si nimis as-  
sent sunt nociue. Quod etiam de affaturis fuerit ⁊ su-  
perficie. torridum semper in proposito est uitanduz  
⁊ ideo cutis ⁊ pinguedo affature porci debent uitari  
fercula uero que fuerint ex carnibus comminutis ⁊ cū  
pinguedine colligatis atq; densatis ut morceroluz ui-  
tanda sunt ⁊ maxime in proposito. Sed alba comest-  
tio de pulpis gallinarum poterit frequentari duz es-  
men non fiat ex pulpis epulatis sed ex transuerso gel-  
neraliter incisis ⁊ postmodum contritis ⁊ ligatis cū  
lacte amigdalorum tantummodo. uel si amiduz aut  
farina rīsi iungatur quod si valde modicum. Adem-  
brorum etiam diuersitas debet attendi. nam licet par-  
tes viciniores cordi sint puriores propter beneficiuz  
copiosum naturalis caloris quod ab ipso recipiunt  
ipsum tamen cor in uia cibi non competit temperatis  
atq; colericis uel habentibus debilem digestiuam cū  
sit dure digestionis ⁊ grossū generans sanguinem.  
Epar quoq; similiter debet uitari maxime si fuerit p/-  
fecte coctum quoniam constipat ⁊ terreum ac melan-  
colicum generat sanguinem. Solum autem epar eduli  
competit interdum predictis dum tamen moderate  
sit assum. Et similiter cerebrū ipsius tantummodo si  
perfecte affetur. Cor autem cerui ⁊ cerebrum leporis  
aut cuniculi si sumāt p/sunt ppter uircutē tiriacalez



Sed ceterorum quadrupedum cerebra et cunctorum animalium intestina stomachus renes et splenes debent vitari preter stomachum gallinarum anseris atque gruis. Extrema uero sicut rostra et pedes quadrupedum ex paucis animalibus debent in usu aliquando sumi a predictis sicut ex porco et edulo nam colericis prodesse usus ipsorum et temperatis in feruido tempore maxime si condiantur in sulfuro. et idem debet de pulmone intelligi dum tamen ab edulo accipiat. nam aliorum animalium pulmones sunt eis inuiciles. Lingua uero ex uiculo uel ceruo tantummodo accipiat. Ubera uero spuitent nisi deberent cum fame sumi et absque aliis ferulis.

**De lacticiniis et ouis.**

**H**umiditates animalium que coiter maxime sumuntur in alimentis sunt lac uimentorum et oua gallinarum et ea que ex lacte fiunt. Sanguis enim nullius animalis congruit alimento precipue corporibus temperate complexionis aut calide. In proposito uero salubris est usus ouorum recentium fractorum in aqua et semper mollium. Ex quibus a medio autumni usque ad medium ueris sufficit utellum accipere. Reliquo uero tempore potest accipi album cum utello. Si placeret sumere aliter preparata. cauendum est sumantur cocta in uentribus gallinarum et reuoluta et frixa aut sint assa uel singulariter frixa et semper mollia lactis usus omnino uicet. preterquam a medio Aprilis usque ad finem maii. nam in illo spacio proderit lac caprinum saltem sumere per quindenam et maxime in priam quindenam maii.

Sumetur autem sicut ab uberibus egredietur in ieiunio  
depositis superfluitatibus et pmissio aliquati exercitio.  
cum nullus extraneus sapor in ore percipiatur. aut tel-  
nebrofitas in oculis aut dolor in capite. sitque mensura  
mediocris scilicet continens mediam librā uel ad plus un-  
ctas nouē uel decem post cuius sumptionem tamdiu  
tardabitur prandium donec manifestus aduenit appet-  
itus. Inter ea uero que sunt ex lacte butirum specta-  
liter et seracium sunt a predictis corporibus uitanda  
Si tamen placeret in hyeme aliquando sumere buti-  
rum cauendum est ne sit rancidum aut nimis salus et quod  
in modica quantitate sumatur. Quod si fuerit melle co-  
ditum erit melius ad sumendum crudum. Serū autem rel-  
cens et maxime caprinum bullitum et colatum est perutile  
frequentare in medio maii usque ad finem Julii uel au-  
gusti supradicta hora et quantitate Caseus uero si fu-  
erit uaccinus et butirosus ac dulcis potest frequentari assus  
uel elixus autumno et hyeme. Quinus autem pinguis et mu-  
dum rancidus nec nimis salus poterit interdum in fine  
refectionis in modica quantitate sumi multum autem non  
expedit nec est tutum nisi cum cucurbitis aut herbolato-  
facto ex voragibus spinargis atriplicibus sume-  
retur et raro. Casei uero quicumque fuerit cum coagulato fac-  
ti debent a predictis corporibus uitari sed lac cum flo-  
re coagulatum possit estiuis feruoribus aliquando sumi  
ad estuationem stomachi opescendam et sicum in pri-  
pio cene dummodo post unum non sumeret immediate  
Simili quoque ratione potest tunc temporis caseus rel-  
cens in fine sumi ubi deessent fructus nominati superius



**De piscibus.**

**P**isces quicunq; fuerint lacuales uitandi sunt nisi constaret locum esse limpidiſſimum in p̄fundum ut saxosum uel calculosum uel arenosum ⁊ maxime q̄ ex tranſitu magni fluminis crearet uel ex magna ſcaturigine fontium aut ex magno ⁊ frequenti refluxu maris ſimiliter ſunt uitandi qui ſunt ex riuis lente fluentibus ⁊ maxime ſi receperint putredines canapis ⁊ lini aut putridarū herbaz uel limoſitates coniorum aut condimenta ip̄oz uel ceteraſ ſuperfluitates uillaz aut opidoz. Et vñdecunq; fuerint hoc eſt marini ſiue fluuiales uel lacuales attendē dum ē principaliter q̄ habeāt ſubſtantiā purā q̄ non ſit in odore grauis nec in ſapore nec in tactu ⁊ in ſeparatione limoſa. Et eorum qui puram habent hoc modo ſubſtantiā ſemper exiſtunt ſalubriores qui pulſam habent candidam ut argentum. Et inter hec etiam ſquamoſi ſunt ſemper preferendi tamen ſi ſquamis caruerint ſaltem obſeruandum erit ut ſubſtantiā ſit qualis eſt dicta. Erit etiam cauendum ne piſces magni ⁊ duri comedantur recenter capti ſed tm̄ reſeruentur ⁊ maxime euiſcerati q̄ abſq; corruptione tene reſcant. debent autem predictis corporibus piſces recentes ut plurimum aſſari uel elixari. Sed aſſatura magis eſt frequentanda in hyeme q̄ in eſtate ſiue in furno ſiue in prunis aſſent. Elixatura uero econuerſo Sed illa que fit cum uino albo congruit omni tēpore. Et eſt obſeruandum ne in aſſando piſces oleo liniant ſed uino in quo ſal fuerit diſſolutuz. Si uero fricant aut multo liniant oleo dum aſſant expedie non

sumere cutem. Vniuersaliter tamen cutis pisciū est vi-  
 randa ⁊ de ipoz auxungia. Pisces autez perfecte sal-  
 si ⁊ maxime pre salsedine arefacti non congruunt pre-  
 dictis corporibus. licet brodium simplex congrui sic  
 ei sumptum interdum precipue in quadragesima quā-  
 do frequentant opilatua sic utile in principio mense  
 qm̄ aperit meatus atq; mundificat. Sed ex substātia  
 uel nihil sumat uel parum ⁊ raro ⁊ circa finem relecti-  
 onis. Si uero piscis perfecte salsus fuerit lardosus ut  
 balena siue cuiua poterit in quadragesima paruz a-  
 liquando sumi cum spinargiis in principio quādoctū  
 q; necessitas occurreret constipationem soluēdi. Sed  
 ex piscibus semisalsis ⁊ maxie pinguibus elixatis lar-  
 gius potest sumi. nā pisces pingues ⁊ grossi q; biduo  
 uel triduo fuerint sale conditi si elixent sapiēdiz ⁊ sa-  
 lubrius comedent.

De saporibus ⁊ condimentis

**D**E saporibus ⁊ condimentis conuenit scire qd  
 nunq; predictis corporibus acuta conueni-  
 unt. Et ideo fortia salsamenta ut piperatos  
 ⁊ alleatos ⁊ acutos sapes ut sinapium ⁊ erutaz eis  
 expedit ut vitent nisi taliter possent reprimi q; eorum  
 nocumentum non timeret sicut eruta reprimut quādo  
 pastillum eius diu in aqua simplici coquitur. quan-  
 tum scilicet coquerentur vacine carnes deinde pista-  
 ta cum paucis amigdalis distemperetur cum puro a-  
 ceto nihil aliud adiungendo nisi forte modicum ci-  
 namomi. ¶ Ad el autem vitare debent corpora supra  
 dicta ⁊ multum etiam vsum zucare. ¶ Si tamen eru-  
 te vel alicui acido salsamento placeret interdum



iungere quicquid dulce melius est zucara albissima l' pa-  
rum sape iungat que vulgariter dicit arab. Semper  
tamen est memorandū q̄ ualde dulce acuta ⁊ as̄ta pa-  
tientibus emorroydales uexationes inimicant ⁊ iō  
non expedit eis ut confectiōnes ⁊ salsamenta frequē  
tent maxime si fiant de pipere quocunq; uel cum mul-  
to zinzibere galanga uel gariofilis aut etiā multo cro-  
co. Sed ut error omnis possit euitari portabitur se/  
quēs puluis ꝛ zinziberis albissimi. 3. ii. corradri bul-  
liti in aceto ⁊ exsiccati. 3. i. cardamomi ben albi añ. 3.  
. ꝑ. rasure eboris lote. 3. ii. gariofilorum uel croci añ. 3.  
. i. cinamomi electi. 3. vi. fiat puluis ⁊ de ipso cum ami-  
gdalis pistatis fiat salsameneum cum modico aceto  
uel agresta poterit addi. de ipso etiā i moderata quā-  
titate condiantur pastilla ⁊ per totam estatem impo-  
natur pastillis cum de furno extrahantur. lac amig-  
dalorum factum cum agresta uel cum succo malagra-  
natorū aut limonum uel citrangulorum que vulgari-  
ter dicunt terongie uel arangie. tales enim sapes a-  
cetosi facti cum amigdalis raro uel nunq̄ possunt le-  
dere spūalia. possit etiam acetositarum que ponunt i  
pastillis caueri offensa si totum ouum cum eis agite-  
tur fortiter postmodumq; pastillis imponatur cum  
fuerint tracta de furno. Similiter quoq; si lacte amig-  
dalorum facto cum predictis acetositibus assature  
conspargantur semper minus nocebunt. Sed si placu-  
erit estuis feruoribus uti ad saporem simplici aceto-  
sitate cauendum est ne nimium frequenterur succus li-  
monum quoniam ualde neruis ⁊ neruosis membris i

inimicatur. ¶ Acetositas uero citranguli quia vicini  
or temperamento semper est minoris offensionis. Et  
in his etiam fructibus obseruari debet regula supra  
dicta scilicet ut sumantur in usum donec in arbore ma-  
turauerint limo enim tunc perfecte maturauit cum al-  
miserit omnino corticis duriciem atq; uiriditatem.  
Citranguli autem ad sui perfectam maturitatem dñt  
per annum integrum in arbore permanere. Omnibus  
autē acetositatib9 melior est que sumitur ex malogra  
nato mizo anni preteriti. cum quia debilior tum qz  
modicum habet stipticitatis que potest confortare sto-  
machum ⁊ membra interiora. Et hac etiam ratione ꝑ  
ceteris commendatur agresta que fit ex tenuitatib9 ui-  
tium. Et ab omnibus aliis abstinendum est cum de  
ipsa copia reperiatur que poterit acui cum ceteris al-  
cetositatibus si placuerit cum assaturis tamen autum  
estiuo tempore sufficit ad saporem ut conquassentur  
in mixtura uini ⁊ multe aque rosacee cum modico sa-  
lis. Assaturis etiam quadrupedum si placuerit sapor  
rem alium a sale coniungere sufficit cruce predicto mo-  
do parata. uel salsameneum uiride factuz solummo-  
do cum aceto uel amigdalis ⁊ petrosilino ⁊ modico  
mente ⁊ cinamomi. Vel si carnes aride fuerint quasta-  
men oportet diligenter vitare sufficit parum salis cuz  
multo uino lumbato. ¶ Sed in proposito potest ex  
cinamomo electo ⁊ amigdalis atq; aceto fieri sapor  
conueniens omnibus assaturis non solum quadrupe-  
dam sed etiam piscium. Et hyeme potest addi pa-  
rum zinziberis. Sed ille sapor qui fit tantum



ex optimo cinamomo ⁊ multis amigdalis atq; aceto  
 potest omni tempore frequentari si consuetudo requi-  
 rat uti saporibus. quod ideo dicitur quia corpora tē-  
 perata non indigent alieno sapore nam cum appetitu  
 regulato semper ab eis sumit alimentum. Et ideo ni-  
 si qualitates alimentorum uel temporum ab equali-  
 tate recesserint non indigent medicato sapore nisi sale  
 tantummodo Sed consuetudo nature semper impo-  
 nit necessitatem. Et ideo teste Hippocrate dandum est  
 aliquid consuetudini ⁊ aliquid nature corporis ⁊ ali-  
 quid tempori sicut docet in proposito per regulas p̄-  
 dictas. De his autem quibus cibaria conduntur sicut  
 sal oleum acetum carnes salse ⁊ similia per p̄dicta suf-  
 ficienter dat̄ intelligi quod conueniat obseruari.

### De potibus.

**D**E potibus uero sciendum est qd ea que bibū-  
 tur a sanis communiter aut sumuntur tantum  
 in ratione potus aut in ratione solummodo me-  
 dicine preseruatiue. uel in ratione potus ⁊ medicine.  
 In ratione quidem potus bibitur omnis liquor sum-  
 ptus ad extinguendum sitim causatam ex cibo ⁊ ad  
 reddendum ipsum moderate fluxibilem sicut bibitur  
 uinum uel aqua in hora refectionis. De uino ergo q̄  
 le conueniat in proposito ⁊ quando debeat sumi dic-  
 tum est supra in generalibus. In ratione uero me-  
 dicine sumitur tantum quando in estate bibitur ali-  
 quis liquor ad mitigandum estuationem interiorum

membrorum. qua intentione bibit<sup>r</sup> a pluribus tūc in  
feruore iuleb. Et ē syrop<sup>9</sup> factus ex aqua rosacea tā  
tum ⁊ pane zucare qui syropus est tūc temporis ual  
de utilis temperatis quando pre feruore temporis e  
stuant. ⁊ adhuc magis utilis habentibus complexio  
nem naturaliter calidam specialiter in epate ⁊ in cord<sup>9</sup>  
bibitum enim cum aqua frigida non solū infrigidat  
sed humectat etiam ⁊ confortat. Simili quoq<sup>3</sup> ratio  
ne habentibus stomachum siccum ⁊ intestina speciali  
us conuenit tunc temporis bibere syropum violatū  
modo predicto. Quibus uero sunt humida syropuz  
rosaceum. Sicut in his quorum cerebrum siccum ē cō  
uenit propter estuationem interiorum membrorū tūc  
temporis bibere nenufar. Eadem autem ratione tunc  
temporis bibunt aquam ordeī quorū complexio to  
tus declinat ad siccitatem. Sed carnosus ⁊ habentib<sup>9</sup>  
uiscera calida sufficit tunc temporis propter estuatio  
nem intimorum aquam puram frigidam bibere que  
sit de fonte uiuo aut de laudabili puteo uel cisterna.  
Inguibus tamen ⁊ opilatis uel strictos habentibus  
meatus interiorum conuenit addere parum aceti. S<sup>3</sup>  
in proposito si predicta necessitas urgeret interdum  
bibere ipsam dissoluatur in ea prius rosacea zuccara  
facta de puro ⁊ albissimo pane Guapropter ipsa tūc  
debet potari maxime in diebus canicularibus ⁊ etia<sup>3</sup>  
iuleb sic factum scilicet q<sup>3</sup> ad unam libram panis zuc  
care ponātur tres libre de aqua rosacea nec supra ig  
nem stare permittatur nisi quantum clarificationi cō  
uenit ita q<sup>3</sup> ad plus non sumatur de aqua rosacea.



nisi tertia pars. In ratione uero potus ⁊ medicine sumit sicut quando in feruoribus estatis post somnum diurnum sciunt ⁊ estuant uera siti qui bene fuerint in prandio refectioni. Nam talibus tunc temporis expedie in uia potus ⁊ medicine bibere aquam frigidam ⁊ uniuersam bene limphatam. Sed in algoribus hyemis et interdum in quadragesima sumit in uia medicine solummodo nectar sive claretum in fine refectionis scilicet ad hoc ut os stomachi calefaciat ⁊ digestiuam confortet. ⁊ ideo sumit ut plurimum cum eo quod circa regionem orificii stomachi plus retinet ipsius sicut cum nebulis que sua viscositate adherent. uel habentes ipsum humidum cum pane aliquantulum terrefacto.

Sed in proposito non est necessarius nectaris usus. quia conficitur ex duabus habentibus acumen ⁊ inflammantibus scilicet speciebus ⁊ uino ⁊ tercio inflammabili quod est dulce scilicet mel aut zuccara. ⁊ Drop-terea si rationes temporis aut consuetudinis eo placuerit uti parce sumatur ⁊ semper fiet ex puluere sequenti. **R.** cinamomi electi. ʒ. i. zinziberis albißimi. ʒ. ʒ. rosarum rubearum gariofilis zandali rubei añ. ʒ. ii. pilorum spice. ʒ. i. fiat puluis qui sufficit in proposito ad xxx. lb. uini addito melle uel zuccara quantum sufficit pulueribus incorporandis ⁊ ad plus sufficit tantum zuccare quantum mellis despumati aut media libra zuccare dissolue in uino modico tamen cum melle diutius ⁊ melius conseruatur.

### **R**emedia emorroydarum

**Q**ertum est q̄ seruando regimen supradictum  
emorroydarum uexatio uel omnino cessabit  
uel tam leuis erit q̄ poterit paruipendi. Sed  
quia frequenter a debito regimine declinat. Ideo cō  
uenit ut hi qui per naturam proni sunt ad uexationē  
talem sciant quibus remedijs in actū passionis pote  
runt se iuuare. Quando igitur emorroyde moderate  
fluunt non sunt ullo modo restringende quoniam ta  
lis fluxus corpori est salubris ⁊ p̄seruat ipsuz a plu  
ribus ⁊ grauibus morbis. Sed immoderate fluentes  
quia nimis corpus debilitant sunt compescende. Ad  
quod sunt tria necessaria. primum est diligenter sua  
re precepta supradicti regiminis ⁊ specialiter in uitā  
elo acuta ⁊ salsa ⁊ dulcia ⁊ in acutis debent assacure  
intelligi ⁊ maxime si fuerint aride debent etiam cunc  
ta inflammatiua uitari sicut ira ⁊ coitus ⁊ exercitiuz  
forte. Secundum est uti a parte intra delectabilibus  
stipticis ut sarmencis piris ⁊ coctanis ⁊ similibus ut  
est scriptum superius non tamen in principio suman  
tur ne uentrem constipent. Et auricule porci ⁊ pedes  
⁊ amidum ⁊ etiam risi tunc frequentabuntur uel in ei  
state bibatur mane syropus rosaceus aut fact⁹ ex suc  
co citoniorum siue murtillis ⁊ si cocti fuerint ad per/  
fectionem admisceatur duplum aque calide ⁊ quasi  
tepidum bibatur. Si uero non esset syropus ad per/  
fectionem coctus quod melius est calefiat modicum  
⁊ bibatur. Et si forte horreretur dulcedo addatur cū  
debuere sumi parum de succo malignanati recenter ex



pressi vel saleem puri uel modicum de succo citrāgu/  
 li. In hyeme uero comedantur in ieiunio triginta uel  
 quadraginta radicule que dicuntur vulgariter trufflex  
 d'ronax. ¶ Tercium est ut exterius applicetur aliqua  
 stiptica sic uidelicet ut in estate fiat sacculus ex trib9  
 partibus rosarum ⁊ quarta murtallorum ⁊ unico fer  
 uore bulliantur in aqua. deinde exprimatur ⁊ cum te  
 puerit diu sedebitur super ipsum a mane ⁊ sero. ¶ In  
 hyeme uero salua recens conquassabitur ⁊ friget cū  
 multo oleo rosaceo ⁊ in saccello ponetur ⁊ sedebit de  
 super ut prius. ¶ Est etiam influētibus emorroydis  
 aduertendum ne cessante fluxu sanguinis forte stillēt  
 aquositates albe uel citrine uel uirides ⁊ ibidem sor/  
 dices aggregetur. nam talis immundicia conclusa cō  
 clusa non solum pruriges sed frequenter ultra gene  
 rat corrosiua. Et ideo cum apparuerint predicti fer  
 uores debet illa regio sepe leuari ⁊ etiam diu cum ui  
 no in quo salua recens ⁊ plantago equaliter sumpta  
 ⁊ conquassata prius bulliantur uel in defectu plāta/  
 ginis ⁊ salute sumantur equales partes rosarum ⁊ y/  
 reos uel absintii ⁊ conquassentur ⁊ bulliantur cum ui  
 no. ¶ Contingit etiam sepe q̄ dolore mollescant et  
 hoc multipliciter. Quandoquē quidem propter re/  
 tentionem sanguinis emittendi. quando enim ille ue/  
 ne sunt immoderate replete nec aperunt ut consueue/  
 runt ad effundendum sanguinem excedentem dolore  
 afficiunt regionem illam ⁊ quandoq; vicinas ut ē re  
 gio ancarum ⁊ colligatas ut regio dorsi ⁊ cognoscit

excessus sanguinis ibi retenti per hoc q̄ ipsi tumescunt et  
grauedo siue ponderositas et pulsatio sequuntur ibi  
dem et in iuuenibus masculis magis sentitur pulsatio  
q̄ grauedo et quandoq; sanguis exuberat non solum  
ibi sed etiam supra totum dorsum tenditur et diffici-  
liter curuantur ac si baculus esset infixus. Adtigat au-  
tem dolor dupliciter. vno modo scilicet ad curam p/fectam  
alio uero modo ad remedium tantum. Cura  
uero perfecta est ut causa doloris abscindatur perfec-  
te quod fit si sanguis qui superfluit sensibiliter euacu-  
etur et maxime per illas partes per quas natura con-  
suevit et adhuc conatur euacuare scilicet per emorroy-  
das et ideo festinandum est ut ille aperiantur. quod  
fit tribus modis. vnus est cum fleubothomia. alius e-  
cum sanguisugis appositis per cannas. tertius est cum  
medicinis et melior medicinarum est folium ficulnee.  
quod debet prius complicari et q̄ una pars cum alta  
conteratur quousq; lac effluat inde. Postmodum fri-  
centur emorroyde cum superficie confricata donec a-  
periantur et simili modo confricantur cum cepa lacri-  
mante uel distemperentur aloe cicotrineum cum felle bo-  
uino et modico aceti et calidum cum panno uel bom-  
bace superponatur uel supra pannum sedeatur donec  
aperiantur uel simili modo superponatur oleum ami-  
gdalorum amararum uel persicatum. Si uero tarda-  
retur aut tardari timeretur emorroydarum apertio  
saltem diuertendus est sanguis abinde quod in aperi-  
endo uenam grossiorem que apparet super dorsum  
pedis sic in ambobus pedibus et hoc fiat in ieiunio.  
et ad minus de utraq; tres uncie sanguinis



extrabant. vel si predicta fleubothomia nequeat fieri fiat de vena epatis in plicatura brachii. et subtilis dieta seruetur tribus diebus. **C**ongrua uero remedia sunt in proposito calefactoria mollitiua que suauiter et insensibiliter detinue faciunt superfluitatem sanguinis resoluendo fiunt autem hec calefactoria duobus modis. vno modo ut medicine cocte in aqua ponantur in aliqua olla sub sella perforata et sedendo in sella recipiat uapor per inferiora. Alio uero modo ut medicine cum aqua decoctionis earum ponantur in gradali nel concâ et sedatur ibi vel immergatur de spōgia et exprimatur et superseadeatur. Sed primus modus et secundus efficacius operantur. **M**edicine uero que bullientur in aqua erunt iste scilicet duo manipuli foliorum lingue canis uel in defectu eius tantumdem maiorum uel bis maiorum et manipulum unum violarie et tantumdem petrosilini et lb semis fenugreci uel in defectu eius ponantur tres uncie melliloti et .ii. desticados citrino et omnia conquassata ponantur in sacculo lineo et bulliantur in aqua dulci et fiat ut prius dictum est. **Q**uandoque uero dolorem creant et propter excrescentiam scilicet quando in extremitate ipsarum exterius erunt quedam additamenta sicut si eunt papille mamillarum que excrescentie in quibusdam sunt asperae et dure verrute et inde uocantur verrucaltes. **I**n quibusdam uero sunt lenes et rotunde et turgentes ad modum uue et inde dicuntur uuales. **I**n quibusdam uero sunt molles et granose ut mori et inde dicuntur morales et quia sudant humiditatem sanguinolentam.

ideo quidā ficus nominauerunt. Et oēs hmōi excrescentie affligunt sedentem uel equitantem ⁊ maxie ueruciales propter suam duriciem ⁊ asperitatem ⁊ p̄ has grauius affligunt uiales q̄ morales quia p̄pter sui tumorem uel tensionem non cedunt compressioni. In his ergo excrescentiis est sciendum q̄ parum profunt remedia supradicta preterq̄ in uialibus que ut plurimum generantur ex retentione sanguinis cuius euacuatio moderata prodessec. ⁊ ideo possunt in eis exceri predicta. In uerucalibus autem prodest ad remedium applicare molliuua ⁊ lenitiua ut utellum oliu cunquassatum in estate cum oleo uiolaceo ⁊ in hyeme cum oleo amigdalorum dulcium ⁊ butiro recenti ⁊ omni tempore prodest adiungere predictis mustilaginem maluarum aut fenugreci. ita ut in mixtura p̄dicta bombax uel pannus lineus immergat⁹ ⁊ superponatur. In moraliibus autem ad remedium pl̄ sunt exsiccatiua sine mordificatione sicut puluis factus ex foliis capsii barbati uel plantaginis adustis ⁊ ex radicibus cānarum adustis. Hic enim puluis incorporatis cum oleo rosaceo debet supponi cum panno uel debet supersederi in spongia. p̄dictis autē pulueribus potest adiungi quarta pars ceruse ⁊ alia q̄ta pars litargeri ⁊ cum oleo rosaceo fit unguentum conueniens in proposito ad remedium. Sed in omnibus predictis excrescentiis est melius ad curam intendere q̄ ad remedium. quoniam per remedium non p̄betur nisi momentaneum iuuamentum ⁊ id̄ p̄curandū est ut ille excrescentie auferantur ad hoc ut equalis




maneat superficies regionis. Tamen in illis corpori-  
 bus in quibus expedit ut emorroyde sepe. fluant ca-  
 nendum est diligenter ne per modum auferendi solit9  
 fluxus prohibeatur sicut accidit quando extirpantur  
 cauterio uel incisione quia ut plurimuz contingit tunc  
 q̄ in sanatione cauterii uel incisionis claudunt' om-  
 nino per consolidationem uenaz. Sed conueniens e-  
 securus modusest ut auferant' paulatim cū suamb9 cor-  
 rosinis q̄lia sunt ea q̄ sunt de natura salis. nā q̄li pri-  
 riēdo osunt supfluitatē ⁊ cito liquefcūt sicut sex a-  
 ceti obusta. ⁊ sanguinē uituli ⁊ sal gēma nitrū ⁊ mel ac-  
 uet9 exungia porci ex qb9 optimū ofiat' unguentuz  
 sic scz ut sex acetii obusta ⁊ sanguis uituli sal gēma ⁊  
 nitrū oīa sil' uel aliqua ipoz accipiant' equalib9 por-  
 tiomb9 ⁊ puluerizent'. deinde cū vna pte mellis ⁊ du-  
 abus axungie liquefacte fortiter incorporent' ut fiat  
 sicut unguentū ⁊ in pāno supponat' ⁊ qualib9 uice la-  
 uet' pri9 cū uino calido in quo modicum mellis dis-  
 soluat'. poterit autem in estate modicū acetii cū predi-  
 ctis ex quibus unguē tū fiet incorporari. Cū āt excre-  
 scētie fuerint elimatē ⁊ manserit superficies regionis e-  
 quata sufficit in estate lauare cum uino decoctiōis ro-  
 sarum aut capsii barbati uel plātaginis. In hyeme cū  
 uino decoctionis saluie cui parti p9 lotionez superas  
 perget' puluis ex duabus partib9 rosaz ⁊ vna ceruse  
 fact9. Pnt etiam conuenienter auferri si ligent' in radi-  
 ce sicca uel sericino filo dum tamen ligatura non strin-  
 gat immoderate s3 quantū tolerari poterit absq; do-  
 lore graui. Si uero accipiat' cortex laureole ⁊ fiat ex e-  
 is fila ex qb9 p̄dcē exrescētie ligent' ⁊ radicitus mo/

derate strictura celeriter abscedent. Tercio modo affligunt propter inflammationem ipsam in circumstantis regionis et tunc sufficit ut sepe lauentur cum aqua dulci tepida in qua prius bulliat semine cucurbitae uel cucumeris conquassatum aut portulaca uel sempuua et flores nenupharis uel suo tempore limatur cum succo cucurbitae sempuuae aut ex albumine oui cum oleo uiolaceo fortiter agutatis uel fiat unguentum ex cerusa lota et cera alba et oleo uiolaceo et mustillagine phylli equaliter acceptatis et fortiter incorporatis. Et si iunctio fieri ex populeon si recessus inueniat. Et si predicta omnia deficerent tepesciat aqua simplex sicut sustinisset ad solem et bobax uel pannus lineus in ea frequenter applicetur regioni predictae. Quarto etiam modo consueuerunt affligere specialiter in egeredo quoniam sterius emittendum est durum quia tunc maxime si fuerint excrementa cohercent et comprimuntur ab eo in exitu et graue generat cruciatum. et ideo precauendum est ne feces induerent ciborum utendo molliuissimis et humectantibus iuxta doctrinam superiorum. Et si cetera non habent in propetu in principio praedicti sumeret medulla cassia fistule usque ad quantitatem unius unciae uel circiter uel semis ad minus in actu uero asselandi poterit obuiari afflictioni si mergantur inferiora in aqua moderate quantitate et maxime si malue fuerint ibi cocte uel in oleo uiolaceo tepido pannus lineus immersus ano suauiter quantum poterit intromittatur.

**E**xplicit regimine sanitatis oppositum seu ordinatum a magistro Arnoldo de villa noua Cathalono omnium medicorum uiuentium gemma. Impressum Louani in domo magistri Johannis de Westfalia.






L. B. Coll.


Abbatensis

Fraxenborch

1623









Slide

